



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

De Rebus Bohemicis Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert


Lvgdvni, 1621


urn:nbn:de:hbz:466:1-11069





N^o I

38 Th. 4912.









Handwritten text in a cursive script, likely a signature or a short note, located in the upper middle section of the page. The text is faint and difficult to decipher due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.

Ex legato Celsi Principis Tordi,
nandi, Ep'i Padorb. et Alonaster:
Anno 1683.

DE REBUS
BOHEMICIS
LIBER SINGV-
LARIS,

In quo series Regum Bohemiæ, Archie-
piscoporum Pragensium, Episcoporum
Olomucensium & Vratillauensium,
aliâque eò facientia continentur: Belli
insuper Bohemici origo, successus &
finis breuiter describitur.


Collegij Sacerdotum Paderb.
AVBERTVS MIRAEVS
Bruxellensis, Canonicus Antwerp.
publicabat.



LVGDVNI,
Sumptibus CLAVDII LANDRY.

M. D C. XXI.

Ferdinandi Furstenbergij





ILLVSTRISSIMO
 A C
 REVERENDISSIMO
 D. IOAN. LOHELIO,
 ARCHIEPISCOPO
 PRAGENSI,
 Regni Bohemiæ Legato nato,
 Viro Apostolico.

CTOGINTA plus
 minus anni sunt, AN-
 TISTES ILLVS-
 TRISSIME, cum pestilentissi-
 ma Caluini heresis, quæ quarta ^{Cal-}
 Furiarum meritò audit, maximo ^{uinia}
 Ecclesiæ ac Reipublicæ Christianæ ^{ni.}

A 2

damno, è lacu Lemano in orbem
 prorupit. Ac primò quidem Gal-
 liam aggressa, ferro, cædibus, ra-
 pinis, ac bellis civilibus per Hu-
 gonottos omnia miscuit, adeò ef-
 freni audacia, vt de Regno, tot sæ-
 culis florentissimo, ad Helueticam
 Rempublicam efformando, deque
 tollendo Rege non semel nefariè co-
 gitarit. Inde in Britanniam enavi-
 gans, cruces, carceres, hastas, & sclo-
 pos in Scotiam transuexit, & per
 suos Puritanos profusi toties san-
 guinis, non vulgaris tantùm, sed et
 Regij, caussa extitit. Galliam po-
 stea Belgicam adoriri placuit, sub-
 missis è Francia hominibus manu
 linguaque instructissimis, quique
 docti essent Religionis libertatem
 laudare,

Hu-
 gonot-
 ti in
 Gal-
 lia.

Puri-
 tani
 in Bri-
 tania

5
laudare, veteres Romanae Ecclesiae
ritus damnare, Privilegiorum no-
men apud imperitam plebem inge-
minare, Hispanos de tyrannide ac
dominandi libidine, vocibus ad
commiserationem compositis, ac-
cusare. His nimirum artibus ac
fraudibus Geusij Belgas, gentem
alioqui candidam & Principibus
suis fidam, ad rebellionem contra
Deum ac Regem Catholicum exci-
tarunt.

Geu-
sij in
Belg.
anno
1566.

Eodem ipso tempore, pestilens
illud germen viperarum Germa-
niae vestrae partem suo veneno
paulatim ac subdole infecit. Vni-
uersi itaque Imperij Ordines, ple-
nis comitiis, exitialem sectam exosi,
auctore Ferdinando Caesare, anno

Euā-
gelici
in
Ger-
ma-
nia.

superioris seculi sexagesimo sexto, eam decreto pellendam ac proscribendam censuerunt. Sed intercesserunt nonnulli è mansuetiore Lutheri schola (quos iam clementiæ pœnitet) concepta nimirum spe, Infirmos Fratres (sic enim eos appellabant) tolerantia emendari posse. Et verò emendati sunt, ut catuli luporum ac leonum, per ætatem scilicet grandiozem, emendari solent, aut deponere feritatem.

Numero igitur aucti; cum Palatinus, Hassus, Anhaltinus, & alij aliquot Principes accessissent, non sese ampliùs ut hospites tulerunt, sed de exitio veterum inquilinorum consilia inierunt. Visum porrò fuit, primùm Confessionis Augustanæ

na proceres & vafri technis in societatem trahere, Catholicos de multis accusare, Austriacæ gentis potentiam ac magnitudinem omnibus suspectam reddere, in comitiis passim lites serere, aliena inuadere, breuiter, omnia miscere ac vertere. Rebus denique in omne æuum, ut sperabant, stabiliendis, placuit Palatinum, contra ius & fas, ad coronam regni Bohemici, & Vinamenses, à Carolo V. & Maximiliano II. Cæsaribus, ob rebellionem non vnã, Electoratu deturbatos, ad recuperandæ dignitatis spem euocare. Sparsi eo fine libri in vulgus plurimi, quibus ius electionis liberæ Bohemis asseriebant, regni Priuilegia (quo nomine nihil apud plebem

speciosius, nihil ad turbas ciendas
 aptius) passim ingeminabant, Au-
 striacos Principes de violata comi-
 tiorum regni integritate, deque ty-
 rannide & tentato vniuersi orbis
 dominatu falsò accusabant. Et ve-
 rò fœda ac detestanda ista rebellio
 (quæ nõ solum Bohemos, sed etiam
 Morauos, Silesios, Lusatios, Au-
 striacos superiores, & Hungaros
 uno velut momento inuoluerat, &
 à Ferdinando Cæsare prouincias
 sex amplissimas violenta quasi ma-
 nu abstraxerat) vniuersum Impe-
 rij statum euersura, Turcicæque ser-
 uituti Germaniam subditura vi-
 debatur; nisi Deus ab alto tempesti-
 uè adfuisset, & Principes Austria-
 cos, Bauarum ac Saxonem, pro Im-
 perij

9
perij atdeoque Reipublicæ Christianæ
uniuersæ defensione, firmo fœ-
deris nexu coniunxisset.

De subacta itaque Praga, quam
Caluinistæ sedem imperij sui desti-
nabant, de Austria, Morauia, Sile-
sia, & Lusatia ad obsequium redu-
ctis, est quod Deo, bonorum omnium
largitori, gratias agamus; est quod
de Hugonottis in Gallia, Genfis in
Belgio, Puritanis in Britania, Swin-
glianis in Heluetia, Euangelicis in
Germania post cladem Pragensem,
trepidantibus, nos Catholici & or-
thodoxi gaudeamus. Equidem ne
in communi ista uniuersæ Ecclesiæ
letitia, cessasse videar, mitto ad Te,
PRÆSVL ILLVSTRISSI-
ME, quæ de rebus Bohemicis, præ-

A 5

sertim sacris, collecta iam pridem
 in museo nostro adseruabam. Re-
 peries hinc itaque, inter alia, tuorum
 predecessorum, Antistitum, inquam,
 Pragensium seriem; primos item
 Bohemiae, Moraviae, vicinarum-
 que prouinciarum Apostolos, qui-
 bus ille doctrinam Christianam in
 primis debent acceptam. Inuenies,
 & tuum B. Rosnatam, cum soro-
 re B. VVoislaua, & Episcopos
 Olomucenses decem ex Ordine tuo
 Praemonstratensi, & Strahouia tua
 ad Insulas Pontificias euectos. Tuum
 dico Ordinem, quem penitus iacers-
 tem & tantum non emortuum,
 Strahouiensis in arce Pragensi Ab-
 bas à Rudolpho II. Cesare desi-
 gnatus, excitasti, & sodalibus ali-
 quot

quot

quot ex Steinfeldia, celebri diœcesis
 Coloniensis cœnobio, euocatis, ad
 veterem disciplinam reuocasti. Quo
 nomine ego in primis, ut Antuer-
 piensis Ecclesiæ Canonicus (quæ
 quidem Familiæ Norbertinæ debet
 plurimum, ut in Chronico nostro
 Præmonstratensi iam olim docui)
 Illustrissimæ Dominationi Vestræ ex
 animo gratulor. Deum rogaturus,
 ut sicut S. Norbertus, candidi Or-
 dinis Vestri conditor, Magdebur-
 gensem diœcesim ac prouinciam
 Archiepiscopus magno fructu ad-
 ministravit, sic & Tu, pari nunc
 fulgens dignitate, Pragensem diœ-
 cesim, adeoque uniuersum Bohe-
 miæ regnum ad veteris ac veræ
 Religionis cultum optimis vite

*exemplis ac monitis adducas. In
quo pio ac salutari voto, ne proli-
xitate molestus fortasse sim, desino,
Bruxellis X. Kal. Maias 1621.*

Illustriss. ac Reuerend.
D.V. studiosissimus
A V B. M I R Æ V S.

APPRO

APPROBATIO.

IOannes Claudius Deuille in sacra Theologia Magister, in sancti Pauli Lugdunensis Canonicus, ac in Librorum Censuram à Domino Dionysio Simone de Marquemont illustrissimo & reuerendissimo Archiepiscopo in hac Lugdunensi Diœcesi incumbere iussit: fidem facimus Nos hunc *Librum singularem de rebus Bohemicis, &c. Authore Auberto Mirao Bruxellensi, Canonico Antuerpiensi* euoluisse; nihilque in eo Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ dogmatibus contrarium inuenisse. Lugduni apud sanctum Paulum 15. Kal. Julias, 1621.

C. DEVILLE.

INDEX



I N D E X

C A P I T V M.

Regni Bohemia situs, ac status.
Caput I.

Regum, Principumque Bohemia series,
ab initio Regni ad nostra usque
tempora. Cap. II.

Reges Bohemia ex gente Lucenburgi-
ca, Austriaca, Polonica, ac demum
Austriaca. Cap. III.

Sancti, ac patroni Bohemiae. Cap. IV.

S. Venceslai, Bohemiae Ducis ac mar-
tyris, vite series. Cap. V.

Vita S. Adalberti, Episcopi Pragensis
& mar

*& martyris Sambiensis, breuiter
commemoratur. Cap. VI.*

*Pragenses Episcopi & Archiepiscopi.
Cap. VII.*

*Olomucenses Episcopi in Morauia.
Cap. VIII.*

*Vratislavienses Episcopi in Silesia.
Cap. IX.*

*Canonicorum Collegia, Abbatia, & alia
cœnobia in Bohemia. Cap. X.*

*De Pragensi, & aliis Societatis Iesu
collegiis in Bohemia ac Morauia.
Cap. XI.*

*Belli Bohemici, inter Ferdinandum II.
Cæsarem, & Fredericum V. Comi-
tem Palatinum, origo, progressus, &
finis. Cap. XII.*

*Maximiliani Bauaria Ducis Epistola
ad Paulum V. Pontificem Max. de
Victoria Pragensi anno 1620. parta.
Cap. XIII.*

*Pauli V. Papæ Epistola responsoria ad
Maxi*

Maximilianum Bauariæ Ducem.

Cap. XIV.

*Cæsares XII. Austriaci, seu Vaticinium
de magnitudine ac potentia fami-
liæ Austriacæ anno 1261. editum.*

Cap. XV.

DE



DE REBUS
BOHEMICIS
LIBER SINGV-
LARIS.

CAPVT I.

Regni Bohemiae situs ac status.

IN Germania sita est Bohe-
mia: ea fines ab ortu solis
ad Marcomannos & Qua-
dos, ab occasu ad Noricos proten-
dit. Meridionalem eius plagã Pan-
nonia superior, nunc Austria dicta,
occupat, Saxonia autem & Misnia
Septentrionalem. Vniuersam Her-
cynia

cynia filua perpetuo ambitu cingit, & claudit vndique, ad Amphitheatri faciem. Vnde æqua ei fere longitudo atque latitudo, & vtraque paulò ampliùs ducentis passuum millibus extenditur: vt Ioannes Dubrauius, Episcopus Olomucensis, in Historia Bohemica tradit. Bohemiæ porro metropolis est

Pra- Praga, Regum atque Imperatorum

ga. Romanorum, aliquot sæculis, iucunda sedes. Habet ea Archiepiscopum & Legatum natum, anno 1344. à Clemente VI. creatum: cui suffragari solent *Olomucensis* in Morauia, & *Litomissensis* in Bohemia Episcopi. Posterior ista sedes Episcopalis desit, furore Hussitarum, qui hodieque totam ferè

Huf- Bohemiam inficiunt. Eorum hæ-
sita. resis primaria est, sanctissimam Eucharistiam sub vtraque specie laicis dandam esse: ideoque calicis
signum,

signum, pro templorum suorum foribus, collocare solent.

Præter Hussitas vitunt in Bohemia magno etiam numero Lutherani, Calvinistæ, & Picardi quorum postremi sunt reliquiæ veterum hæreticorum Waldensium. His nomen dedit Petrus Waldus, ciuis Lugdunensis, anno circiter 1170. qui patria relicta, cum in Picardiam regni Galliaë prouinciam venisset, multos in ea sectatores nactus est. Inde in Germaniam transiens, demum in Bohemia confedit: vnde etiam hodie ij, qui ea dogmata amplectuntur, Picardi vocantur. Sic ex Vido Perpiniano, Episcopo Lodeuensi, qui Inquisitoris munus in Waldenses exercuit, Iac. Thuanus tradit Hist. lib. 6.

Ad Bohemiaë regnum, certis fœderum conditionibus, tres amplissima

plissimæ prouinciæ pertinent, *Silesia*, Ducatus titulo clara, *Moravia* & *Lusatia*, vtraque Marchionatus dignitate condecorata.

Vra-
riska-
uia. Silesiæ caput est *Vratislavia*, quæ
Episcopum habet, Gnesnensi in
Polonia Archiepiscopo suffraga-
neum. Solet is plerumque Nissæ
commorari.

Olo-
mu-
ciū. Moraviæ primaria vrbs est *Olo-*
mucium ad Moram fluuium situm,
cuius Episcopos frequenter Brunæ
domicilium habet.

CAPVT

C A P V T I I.

*Regum Principumque Bohemiæ
series, ab initio Regni ad nostra
usque tempora.*

PRIMVS Bohemorũ Prin-
ceps fuit C Z E C H V S, gen-
tis conditor : quo absque
liberis defuncto , subrogatus est
suffragio populari

C R O C V S anno Christi 670.
qui cum tres filias reliquisset, suffe-
cta est patri

L I B V S S A anno 710. Cui P R E-
M I S L A V S anno 722. nupsit : ex
quo & Libussa, deinceps propagati
sunt Principes Bohemiæ : neque tã
ex Plebiscito , aut Lege, quàm usu
ipso, & cõsuetudine recepta & con-
tinuata , factus est hereditarius
Princi

Principatus; vsque adeò, vt cum heredes essent hebetes & parum apti, nihilominus respectu sanguinis succederēt; qualis omnino fuit Premislai & Libuffæ filius

5 NEZAMISLIVS anno 745. Huic successit filius

MNATHA an. 783. Huic item filius

V O G E N V S anno 804. Huic filius natu maior

KRESOMISLIVS, anno 832. alio nomine *Vnislavus* (etsi hic Dubravio est diuersus;) huic filius

NECLAN anno 852. Huic filius natu maior

H O S T I V I T V S anno. 871. Huic filius

10 BORIVOIVS, primus Christianus Princeps anno 890. Hic caussa Religionis Christianæ vexatus à Bohemis, voluntarium sibi elegit exilium in Moravia, & quòd
sine

sine Principe Respublica detrimentum pateretur, habitis comitiis, accersitus est ex Bauaria *Stoimirus*, ab Hostiuito Principe relegatus; sed mox reiectus, & unde venerat remissus est: qui proinde successionem sanguinis interrupisse, non est censendus, præsertim reuocato postmodum *Boriuoio*, & dignitati pristinae restituito. Qui adhuc superstes, quò liberius pietati operam daret, accitis Ordinibus, Principatum filio natu maiori tradidit. Is fuit ex *S. Ludmilla* coniuge

SPITIGNEVS anno 905. Huic breui defuncto, patre adhuc viuento, & volente successit frater

V RATISLAVS an. 907. Huic filius *S. WENCESLAVS* an. 921. qui Regiam dignitatem, ab *Othone* Imperatore delatam, vsurpare detrectauit. Iure tamen Rex fuit,
& pro

24 *De rebus Bohemicis*

& pro felici Bohemici regni auspicio primus meritò numerandus, anno 940. à fratre cæsus. Huic successit fratricida

15 BOLESLAVS, Sæuus appellatus, anno 929. Huic filius natus minor (quòd Strachiuas maior Ratibonæ monachum professus esset.)

BOLESLAVS, Pius dictus, anno 967. Huic filius cognominis

BOLESLAVS, an. 999. qui luminibus priuatus, cessit filio maiori adhuc viuens Principatû. Is fuit

IAROMIRVS an. 1003. Hunc excæcauit frater, eidẽque successit

VDALRICVS an. 1004. Huic primogenitus.

20 BRETISLAVS an. 1033. Huic item maior filius

SPITIGNEVS an. 1055. Huic frater ætate proximus

V RATISLAVS an. 1061. Hic ab Henrico IV. Imperatore Rex creatus

creatus, primus, facto ipso, Regem se gessit. Bretislao autem primogenito, ob contumaciam posthabito, viuens coram Ordinibus successorem sibi designauit *Conradum* fratrem. Sed Regius deinceps honor ac titulus ad annos 60. interruptus fuit.

CONRADVS anno 1093. hereditatem adiit. Huic breui defuncto successit Vratislai Regis filius (qui à patre fuerat exclusus)

BRETISLAUS an. 1093. Huic frater successit, ab ipsomet designatus,

BORIVOIVS an. 1100. Hunc 25 regno expulit Suatoplucus, ex Othone, Bretislai I. filio, natus, & principatum arripuit

SUATOPLVCVS anno 1107. Huic rursus successit, ex filiis Vratislai Regis,

VLADISLAUS an. 1109. Hic
B

26 *De rebus Bohemicis*

præterito Othone fratre maiori,
designauit successorem alterum
minorem. Is fuit

S O B I E S L A V S an. 1125. Hic
vicem rependens, ex filiis Vladif-
lai dixit heredem Vladislaum an-
no 1140.

V L A D I S L A V S II. postea à
Friderico Imperatore Barbarossa
creatus est II. Bohemiæ Rex. Sed
post ipsum denuò interregnū fuit.
Porrò Vladislaus adhuc viuens ad-
ministrationem Friderico filio tra-
didit.

30 F R I D E R I C V S anno 1173.
Hunc interuertit Vdalricus So-
bieslai Principis filius, & Vratislai
Regis nepos.

V D A L R I C V S anno 1174. qui
mox cessit fratri maiori Sobieslao.

S O B I E S L A V S verò II. anno
eodem 1174. est Princeps factus.
Sed hunc restitutus Fridericus de-
iecit.

iecit. Friderico defuncto successit

CONRADVS Leopoldi Znoi-
mensis filius anno 1181. Quo pe-
ste extincto

WENCESLAVS, Othonis
Nigri filius anno 1191. pro Prin-
cipatu cum Premislao, Vratislai
Regis filio, contendit: sed Wen-
ceslao interfecto, & Premislao ex-
cluso, pro bono pacis, rogatu pro-
cerum, successit

HENRICVS, Vladislai filius, 35
& Vladislai Regis frater, ex Epi-
copo Pragensi factus Princeps an-
no 1191. Hic, Republica laudabi-
liter administrata, Egram secessit,
Regni curam Ordinibus commen-
dans, vbi breui decessit. Ex Vla-
dislai Regis filiis, Vladislao & Pre-
mislao (quod senior tunc ignotus
exularet apud Ratisbonam in La-
comiis) prælatus est

VLADISLAVS anno 1197.

qui postmodum Premislao seniori cessit principatum.

P R E M I S L A V S, dictus Othocarus, Vladislai Regis filius anno 1197. à Philippo Imperatore manu propria coronatus Moguntiaë, in conuentu Principum, III. Rex Bohemiaë fuit: ex quo tēpore Regia dignitas continuata est, & ipse Wenceslaum Filium adhuc puerum coronauit.

W E N C E S L A V S Premislai filius, & ipse Othocarus nominatus, ac Rex IV. Bohemiaë anno 1231. fuit. Huic item successit

O T H O C A R V S, ita simpliciter nominatus, cognomentum aui quasi proprium sortitus, alioqui Premislaus Othocarus V. Rex anno 1254. Successit ei filius

4^o **W E N C E S L A V S** VI. Rex anno 1284. qui ex Iuditha Rudolphi I. Imperatoris filia, suscepit filium
VVen

Wenceslaum Iuniolem appella-
tum.

WENCESLAUS Iunior VII.
Rex, vltimus Bohemiæ Princeps
ex posteritate virili Premislai I.
fuit. Sed duæ illius sorores Anna,
& Elizabetha fuere superstites: de
quibus sequenti capite dicam.

C A P V T III.

*Reges Bohemiæ ex gente Lucen-
burgica, Austriaca, Polonica,
ac demum Austriaca.*

POSTEAQVAM heres mascu-
lus primæui Principū Bohe-
miæ sanguinis defecit, ex feminis
eiusdem prosapiæ propagati sunt
Reges Bohemiæ: & nunquam is
thronus caruit auito Principum
sanguine, nisi cùm *Georgius Podie-*

bradius illum occupauit, de quo suo loco dicetur. Vnde factum est, vt externæ Principum familię in sanguinis sceptrique communionem adscitæ sint, *Lucenburgica* primùm, deinde *Austriaca*, tertio loco *Polonica*, & iterum *Austriaca*. Igitur de *Lucenburgica* primò dicendum. *Wenceslaus* Rex, pater illius interempti, in quo virilis stetit propago, duas quoque filias suscepit, ex *Iuditha* *Rudolphi* I. filia, *Annam* & *Elizabetham*: ex quibus *Anna* *Henrico* *Carinthiæ* Principi cùm nupsisset, mortuo fratre *Wenceslao*, hereditatem Regni adiit cum viro suo *Henrico*. Nam (quod libro. 10. narrat *Dubrauius*) ambæ sorores, *Anna* videlicet *Henrici* vxor, & *Elizabetha* nondum cuiquam desponsa, comitium ingressæ, orant, sui haberi rationem: ne velut alienæ à Regno prætereantur. Ita ad
Henri

Henricum, propter *Annam*, regimen tunc defertur.

Is postea, quòd confirmationem ab Imperatore Henrico VII. *Lucenburghensi* in tempore non petiisset (iste scilicet prætexus quaesitus fuit) Principatu exutus est; suffecta autem *Elizabetha* natu minor, *Wenceslai* Regis filia: cui IOANNES, Cæsaris Henrici filius, ab ipsomet parente, proceribus regni *Bohemiæ* flagitantibus, maritus datus est: ex quo matrimonio CAROLVS IV. & WENCESLAVS illius filius, & huius frater SIGISMUNDVS eodem ordine in regno *Bohemiæ*, hereditario iure, successerunt.

Sigismundus cùm vnicam haberet filiã *Elizabetham*, ALBERTVM *Austriacum* (postea Imperatorem) sibi generum adsciuit, adoptavit filium, heredem consti-

tuit, idque totum Ordines regni probauerunt. Atque ita domui Lucenburgicæ successit Austriaca in regni hereditate, per vxorem, sicut illa priùs illud obtinuerat & hereditarium sibi fecerat.

Alberto patri successit filius LADISLAVS tanquam heres; sed eo breui, non absque suspitione veneni, communi Europæ luctu, sanctissimè vita functo, tertio ad feminas reditum est. Habuit enim sorores duas Ladislaus, *Annam & Elizabetham*, quarum maior Duci Saxonie *Guilielmo*, minor *Casimiro* Polonie Regi, ex familia Iagellonica, matrimonio iunctæ erant. Verùm ambæ per ambitionem GEORGII PODIEBRADII exclusæ fuerunt: atque ita tunc primùm, & solùm tunc, Regale Bohemix solium penitus caruit primæuo Principum sanguine. Fuit autem is electus via
ac

ac modo prorsus violento. Nam cum Legati adessent competitorum, quibus ius esse aliquod poterat ad Regnum, Friderici primū Imperatoris Austriaci, qui ex veteri cum Bohemis pacto, non tam sibi quā fratri aut patrueli Regnū petebat, deinde *Casimiri* Poloniæ Regis, & *Guilielmi* Saxonix Principis (quorum Casimirus minorem Ladislai sororem, Guilielmus maiorem in vxorem habebat;) studiosè cauit Georgius, ne audirentur, priusquam electio facta esset, nempe ne æquitati foret locus. Cumque in templum ante electionem Ordines supplicatum conuenissent, vehementi Ioannis Rokizani, Hussitarum antesignani & Prædicantis, oratione, per tumultum Georgio acclamatū est, quem tamen neque Moravi, neque Silesij pro Rege vñquam agnouerunt.

34 *De rebus Bohemicis*

utpote tumultuariè intrusum.

Defuncto Podiebradio, qui legitimam successionem interceperat, per iniuriam exclusis Ladislai fororibus; rectè atque ordine VLADISLAVS, Casimiri Poloniae Regis filius, ex Elizabetha Ladislai sorore, in Regem Bohemiae assumptus fuit: quod ex Regum Bohemiae sanguine, à matre oriundus esset. Is post mortem Matthiae Coruini anno 1492. creatus est insuper Rex Hungariae, & anno 1516. Budæ obiit.

Ladislao successit filius LUDOVICVS, Hungariae & Bohemiae Rex, qui anno 1526. in prælio contra Turcas cæsus, ex Maria Caroli V. Imperatoris sorore nullam reliquit prolem. Itaque FERDINANDVS Austriacus, eiusdem Caroli V. Imperatoris frater, Anna, Ludouici sorore, in vxorem ducta, fasces Bohemicos,

hemicos, post Albertum Austria-
cum postliminiò in familiam suam
retulit.

Ferdinãdo MAXIMILIANVS
filius, Maximiliano RVDOLFVS
itidem filius, & huic demũ MAT-
THIAS frater, ex ordine succeffe-
runt. Patrueli demum suo Matthię
FERDINANDVS II. est succen- 55
turiatus: quem diu seruet ac sospi-
tet Deus.

CAPVT IV.

Sancti ac Patroni Bohemiæ.

SANCTVS VITVS martyr
& Patronus Bohemiæ, cum
Modesto & Crescentia celebratur
per vniuersam Ecclesiam. Henri-
cus I. Imperator brachium eius
dedit *S. Venceslao*, qui Pragæ anno
923. templum Metropolitanum, in

36 *De rebus Bohemicis*

honorem S. Viti, à fundamentis excitavit, quod S. *Volfangus* Ratisbonensis Episcopus consecrauit, brachio S. Viti in eodem honorificè collocato.

S. WENCESLAUS, Dux Bohemiæ & martyr, anno 929. à fratre Boleslao cæsus, Romani martyrologij adscriptus ad 28. Sept.

S. ADALBERTVS, secundus Episcopus Pragensis, & martyr, quiescit Pragæ in sacello peculiari, quod *Maria*, Maximiliani II. Imperatoris coniux, condidit in æde metropolitana. Vitam eius scripsit Cosmas primùm Decanus, post Episcopus Pragensis.

S. SIGISMUNDVS, Rex Burgundiæ & martyr, à Carolo IV. Imperatore, an. 1366. Pragam honorificè transfuectus est, ad basilicam metropolitanam.

S. PROCOPIVS, presbyter &
mona

monachus Benedictinus, prope Sa-
zauam, templum Deiparæ, & S.
Ioanni Baptistæ erexit, ibidemque
Abbas factus, temporibus Vdalrici
Regis Bohemiæ floruit. Obiit an-
no 1053. in Diuos anno 1204. re-
latus. Vita exstat apud Surium to-
mo 7.

S. LUDMILLA, Ducissa Bo-
hemiæ, amita S. Wenceslai Regis,
eundẽ à cunabulis educauit. Quie-
scit Pragæ, eò tráslata per S. Wen-
ceslaum. De qua vide plura fe-
quenti capite.

S. IOANNES ELEEMOSY-
NARIUS, martyr & Canonicus
Ecclesiæ metropolitanæ Pragensis,
quiescit in eadem; à Wenceslao
IV. Rege de ponte in Muldam
fluum præcipitatus, quòd con-
fessionem sacramentalem sibi à
Regina, illius coniuge, factam, nol-
let aperire.

S. IVA

S. I V A N V S , filius Gestimuli Regis Croatiae, iuuenis in eremum secessit, S. Ludmillæ charus; floruitque sub Boriuoio Duce Bohemiarum. Quiescit Pragæ in æde metropolitana, & colitur die S. Ioanni Baptistæ sacro.

S. C Y R I L L V S Episcopus, & S. M E T H O D I V S ex Alexandria in Morauiam venerunt, Græcæ ac Slauonicæ linguæ periti. Ab iis *Suatoplucus* Marcomannorum Rex, Christi castris adscriptus est. Idem Cyrillus Boriuoium Bohemiarum Ducem, anno 894. Christiana doctrina imbuit, Ludmillam Ducissam baptizauit, & basilicam cathedrallem in *VVellehard*, vbi nunc est Abbatia, constituit. Romam demùm profectus, ibidem in Domino obdormiuit, vt & S. Methodius.

SS. V I T V S, I O A N N E S, M A T T H Æ V S, B E N E D I C T V S, I S A A C,
&

& CHRISTINVS, fratres natione Poloni, ac martyres, magnam vitæ austeritatem professi sunt sub *Mescone* Duce, & anno 996. à Prutenis cæsi, cum S. Adalberto Episcopo, Gnesna Pragam translati sunt.

B. ROSNATA, Bohemis HROZNATA, è nobilissima familia Guttensteniana oriündus, monasterium *Teoplicense*, ordinis Præmonstratensis, cōdidit, ibidemque Abbas fuit, Teoplæ conditus. Vitæ eius Historia exstat in Chronico nostro Præmonstratensi.

B. WOISLAVA, seu Woizlawa, soror B. Rosnatæ, monasterium *Chotieffouienſe* Virginum, ordinis Præmonstratensis, extruxit, & vsque ad mortem piè prudenterque gubernauit.

B. MLADA, soror Boleslai Pij, Bohemiæ Ducis, & filia Boleslai Sæui,

Sæui, fuit prima Abbatissa virginum Benedictinarum, monasterij S. Georgij in arce Pragenfi.

B. IZDISLAVA, è familia Baronum Berkenfium, monasticen inter virgines ordinis Prædicatorum professa, magnum æs ad cœnobij ædificationem contulit.

B. AGNES, Premislai Regis Bohemiæ filia, Frederici Cæsaris, & N. Angliæ Regis nuptias cùm repudiasset, à Gregorio IX. Papa monasticam S. Francisci vestem impetrauit. In honorem eiusdẽ S. Francisci, monasterium condidit, quod Crucigeris cum rubea stella tradidit. Struxit item claustrum promonialibus S. Claræ, quas inter, vt altera Martha, seruiuit, obiitque 6. die Martij, in templo Deiparæ condita.

Sic ferè Georgius Bertholdus Pontanus, Præpositus Ecclesię metropoli

tropolitanæ Pragensis, lib. 4. Bohemiam Piæ.

De S. Heduuige, Ducissa Silesiæ, vide infrà cap. 9.

C A P V T V.

S. Venceslai, Bohemia Ducis ac martyris, vitæ series.

SANCTVS WENCESLAVS, nobili Ducû Bohemiæ sanguine procreatus, patrem habuit *Vratislavum* præstanti religione, at matrem *Drahomiram*, crudelis ingenij, & impietatis magnæ feminam. Primis pueritiæ annis ab auia paterna *Ludmilla*, egregij exempli matrona, probè educatus, ac Sacerdotibus Christianis in disciplinam est traditus.

Hinc defuncto patre, cùm mater

ter principatum inuasisset, & Christianæ religioni infesta immineret, opportunè Wenceslaus, auix studio, in paternã ditionẽ euectus est.

At Drahomira, inuidiæ stimulis agitata, cùm gratiam suam auix postponi, plusque apud filium, in Religionis præsertim causa, quàm se, posse dolet; educatores ac Sacerdotes fugat, atrocia edicta in Christianos proponit, ac denique Ludmillã ante altare prouolutam, postquã ex mologesi peccata sua Sacerdoti aperuisset, & de eius manu sacrum viaticum accepisset, immisissis percussoribus, obliiso guttore, suffocari curauit.

Hinc Wenceslaus, ad maturiorem ætatem progressus, sedem Pragæ fixit, excussoque matris impiæ iugo, primores Bohemię ad se euocatos sic allocutus est, vt palam iis denuntiaret, se seruum esse Christi,
neque

neque idolis honorem vllum permittere posse. Ex quo passim idola comminui, atque ecclesias, à matre Christianis occlusas, reserari iussit.

Memor verò, quibus institutis, auix cura, adoleuisset, cum modestiæ ac pudicitix laude, tum aliis sanctitatis exemplis sic mores ornare cœpit, vt plus in eo sæculi cōtemptus, quàm Principalis apex emineret. Nocte media cōsurgens cæfos ab se lignorum fasces humeris suis è nemore exportabat, vt pauperes iis refoueret. Triticum in hostias, vinum in sacrificium propriis manibus expediebat, perpetua virginitate conspicuus. Oblatum ab Imperatore Othone Regis titulum recusauit.

Tam in se durus corporis dormitor exstitit, vt sub fulgenti veste cilicium gestaret; nocte peruigil, vno comite, nudis pedibus, ecclesias obiret;

obiret; faucibus interdum ita plantis, ut largè cruor deflueret. Dies per similia pietatis officia exigebat, languentes inuisendo, nudos vestiendo, pauperes alimentis sustentando, crebris vigiliis ac inedia corpus suum atterens.

Tandem à fratre *Boleslao*, & infesta matre, in speciem honoris ad natalitia infantis, recens à fratre suscepti, inuitatus, ad eum, non sine præfagio imminentis periculi, securus accessit. Solitoque more templum nocte intempesta ingressus, detestabili parricidio, istic à *Boleslao* germano, in capite vulneratus, ac mox satellitum crebris vulneribus interfectus est. Percussores omnes ultione diuina puniti. Templi paries, in quo martyr cæsus, nullius opera abstergi eluique potuit à cruore, quo respersus ex corpore *S. Wenceslai* fuerat.

CAPVT

C A P V T V I.

*Vita S. Adalberti, Episcopi Pra-
gensis, & martyris Sambiensis,
breuiter commemoratur.*

ADALBERTVS apud Bohe-
mos natus illustri & regia
maiorum profapia, matrem habuit
ex Slauorum gente, patrem verò
qui Henricum primum eius nomi-
nis Germaniæ Regem sanguine
contingebat. Magdeburgum puer,
iam pridem à parentibus diuino
cultui consecratus, ad litterarum
studia missus est; vbi cum *Adalber-
tus*, vrbis Episcopus, tum suo nomi-
ne affecit; cùm antea *Voicechus* ap-
pellaretur, tum iis sapientiæ atque
Christianæ pietatis ornamentis im-
buit, vt reuersus inde ad suos om-
nibus esset admirationi.

Sancti

Sanctitate igitur vitæ & eruditionis fama, ac gentis splendore, ciuibus suis gratissimus, vbi per id tempus Pragensem Ecclesiam Præfulis morte destitui contigit, ipse omnium consensu Episcopus electus, & à *VVilligiso* Moguntino Archiepiscopo consecratus est. Susceptus itaque magna cleri populique alacritate, Pontificatus munus, quoad vixit, summa fide diligentiaque administravit.

Duodecim pauperes quotidie mensæ suæ familiariter adhibebat; compluresque festis diebus inopes accersiri ad se iubebat; quibus larga vitæ subsidia benignè ministrabat. Rarò, nisi die sacro, ante solis occasum, cibum capiebat; neque vnquam satur quieti se dabat. Corpusculum quippe acerrimis atterebat ieiuniis, ac vigiliis: neque nox lectulo reddebat, sed excipiebat illum

lum

um nuda humus, vel tenue cili-
cium, supposito, pro puluino, capiti
apide.

Inter hæc strenuus Pastor, cum
& exemplo sanctæ vitæ, & verbo
prædicationis insistēs, commissum
sibi populum ad iustitiæ virtutif-
que tramitem perducere conatur,
sentit opus hoc ministerij tardiùs,
quàm optabat, sibi prouenire; Bo-
hemis in omnem vitæ licentiam
effusis, & coniugij leges nefariè
violantibus: ad hæc clero quoque
Pontifici in primis aduersante, quo
minùs pios suos conatus prouehere
posset.

Quare Romam sibi primo quo-
que tempore adeundam putauit,
quò à summo Ecclesiæ Præsidente sol-
ui à Pastoralis officij cura, & sece-
dere in sanctæ contemplationis
otium posset. Inde sacra Hieroso-
lymorum loca peragrans, cum in
reditu

reditu Cassinense monasterium petiisset, suafu sanctissimi *Nili* Abbatis Romam reuersus, istic à *Leone* Abbate monasticam vestem suscepit. Sed ilico, adnitente Archiepiscopo Moguntino, ad sedem suam reuerti in Bohemiam à Pontifice iussus est.

Sed, non diutiùs Pragæ substitit, quàm in pristinam vitiorum consuetudinẽ relapsa Bohemia virum sanctum iterum Romã adire compulit: vnde & *Gregorij V.* auctoritate, rursus in Bohemiam missus, postquam nec quietis aut compositis incolarum animis vti licuit, *Boleslaum* Poloniae Ducem exorat, vt ad Prutenorum animas Christo lucrificiendas nauigium præbeat, & ad incultarum istarum gentium arua, vomere Dei præscindenda, copiam sibi faciat. Itaque Pannonia & magna Sarmatiæ parte Euãgelij luce

luce

luce & miraculis collustrata, denique in eam Prussiae regionem venit, quae *Sambia* dicitur.

Hic cum ex Prutenis unum ad Christi notitiam perduxisset, huius usus est hospitio, cum duobus vitae comitibus, quos ex Polonia secum adduxerat. Ceterum ipso Prussiae ingressu, subito barbarorum concursu, ignotam vestem cultumque peregrini admirantium, exceptus, furorem eorum non evasit. Nam conto inter scapulas valido ictu percussus, Deum laudavit, quod vel unam pro Domino suo crucifixo plagam accepisset.

Inde cum fortiter de Evangelij ac salutis eorum necessitate verba ad paganos haberet, neque finem eos ad meliora flectendi faceret, illi caelestia verba dedignantibus, minisque ac clamoribus sanctum virum suis excedere finibus iubent-

tes, mortem denique & extrema mala illi atque hospiti comminati sunt, ni coeptis desisteret, & cum suis alio migraret.

Hac cura mirè anxius vir sanctus, magisque quòd in huius gentis procuranda salute tam parum proficeret; primò vestem, qua paganos offendi didicerat, mutare statuit, atque si ne quidem ita res succederet, abire ad *Luiticos*; quorum linguam bene callebat. At armatus inter hæc Prutenorù furor, vitæ sancti viri insidiabatur. Quare rei diuinæ insistentem clamoribus aggrediuntur, & ceu magum & incantatorem destinant neci.

Fuit ex irruentium turba, qui cum oculos flecteret, retrò flammam conspexit qua vicum apparebat cremari, vnde exierant. Quare reuersi ilico, cùm damnum ab igne nullum illatum esse cognoscunt,

scunt,

scunt, magiæ visum adscribentes, vehementius in sanctum virum concitantur, ligatumque in montis vicini supercilium pertrahunt.

Hic primum dux & magister nefariæ cohortis, iaculo penetralia cordis ipsius transigit: ceteri deinde certatim missilia ingerentes, destinatum scelus peragunt, septemque lanceis confossum, martyrem cælo transmittunt. Passum autem perhibent sanctum Adalbertum nono Kalendas Maij, anno nongentesimo nonagesimo septimo, feria sexta, Imperatore Othone tertio.

Admiranda sunt, quæ remotis in locis de morte S. Adalberti piis viris Deus reuelavit. Quippe *Ioanni* Abbati monasterij Romani, in quo olim vixerat, linteum oblatum est de cælo, instar niuis candidum, quo Adalbertus donatus in cælum profi-

cisci videbatur. At *Nilus* Græcus, miræ sanctitatis Abbas, *Cassino* Romam nuntiauit, amicum communem *Adalbertum* bonam habere viam, qui verè cum Spiritu sancto ambularit.

Corpus martyris à barbaris asseruatum est capite à trunco diuulso. Vtrumque *Boleslaus* Poloniae Princeps pretio redemptum, solemni pompa reduxit in Poloniã, ac primò in *Tremesnensi* monasterio collocauit; nec multò post ad *Gnesnensem* basilicam transtulit; vbi inclytus martyr Christi pluribus cœpit & humano generi salutaribus miraculis clarere.

Denique huius fama permotus *Otho* Tertius eius nominis Imperator, in Poloniam profectus, sepulcrum *Adalberti* martyris, inuisit, & *Boleslao* regiis insignibus atque honore affecto, brachiũ noui marty

marty

martyris à nouo Rege impetrauit;
quod postea Romæ in insula apud
D. Bartholomæi Ecclesiam deposti-
tum esse fertur.

S. Adalberti vitam scripsit Cos-
mas ex Decano Pragensi Episco-
pus Pragensis, & Bohemorum Hi-
storiographus.

C A P V T VII.

*Pragenses Episcopi & Archie-
piscopi.*

A N N O Christi 923. *S. V Ven-*
ceslaus Bohemię Dux & mar-
tyr S. Vito martyri templum Pragæ
ædificauit, quod anno 968. *Boleslaus*
Pius Episcopi sedem fecit, *Ioannes I.*
Rex eiusque filius *Carolus IV.* Cæ-
sar, anno 1344. Metropolitano ho-
nore decorandum, per Clemen-

tem V I. Papam, curarunt.

I Ditmarus primus Episcopus, petente Boleslao Pio Duce anno 968. constituitur, & anno sequenti moritur.

S. Adalbertus Gnesnensibus in Polonia Episcopum dedit *Gaudentium*, & Prutenis Euangelium prædicauit: à quibus anno 996. coronatus est martyrio.

Deodatus obiit anno 1017.

Helichardus obiit 1024.

Iso obiit 1030.

Seuerus, qui & Olomucensis Episcopus fuit, anno 1065. obiit. De quo vide plura seq. capite.

Iaromirus, frater Vratislai Ducis.

Cosmas, antea Decanus Pragensis, Bohemicam historiam à Czecho vsque ad obitum suum pertexuit.

Hermannus præfuit annis 21.

Mainar

Liber singularis. 55

Mainardus, natione Germanus.

Ioannes, sepultus in sacello S.
Gothardi Episcopi.

Otho obiit 1148.

Daniel, obiit peste in Lōbardia.

Fredericus anno 1170. creatus,
obiit 1178.

Valentinus obiit 1182.

Henricus, Vladislai Regis frater,
est factus Bohemiæ Princeps anno
1191. de quo vide supra cap. 2.

Daniel, Vladislai Capellanus
antea.

Andreas, obiit Romæ.

Ioannes antea Scholarcha Pra-
genfis.

Nicolaus, antea Canonicus Pra- 20
genfis.

Ioannes III. antea Scholarcha.

Thobias, antea Præpositus Pra-
genfis.

Gregorius, antea Decanus Pra-
genfis.

Ioannes IV. antea Canonicus
Pragensis.

Archiepiscopi Pragenses.

Ernestus à Clemente VI. Papa
anno 1344. creatus est Archiepi-
scopus, additis Olomucensi & Li-
thomissensi, suffraganeis.

Ioannes Oczko, antea Episco-
pus Olomucensis, post S.R.E. Car-
dinalis.

Spinco, Sbinco, vel Spigneus,
Albicus, & Conradus, vix digni
sunt, qui in Pontificum catalogo
locum habeant. Minùs digni, Ioan-
nes Rokizanus, & Augustinus San-
ctuariensis. Sævientibus porrò per
Bohemiã Hussitis, sedes Archie-
piscopalis, vltra centum annos, mi-
serè vacavit.

Antonius, patria Muglicensis,
ordinis Crucigerorum Magister
gene

generalis, & Episcopus Viennensis, à Ferdinando I. Imperatore & Rege Bohemiæ, instaurato Archiepiscopatu primus Antistes est nominatus. Concilio Tridentino, tanquam Cæsareus Orator, interfuit. Monasteria duo, Officēse & Schuuecense, Archiepiscopatu coniu-genda curauit.

Martinus, Muglitio oriundus, post ordinis Crucigerorum Magister generalis, à Rudolpho II. constitutus, à Georgio Drafcouitio Archiepiscopo Colociensi, post Cardinale, consecratus est.

Spines, vel Spigneus Berka, Magister ordinis Crucigerorum cum rubea stella, olim Gregorij XIII. Papæ Cubicularius.

Carolus Baro à Lamberg, anno 1606. à Rudolpho II. Cæsare nominatus, est à Paulo V. Papa confirmatus, & consecratus est an. 1607.

58 *De rebus Bohemicis*

Haftenus ex lib. 3. Bohemię Pię, quam Georgius Bartholdus Pontanus, Præpositus Pragensis, conscripsit, & Francofurti anno 1608. publicauit.

Ioannes Lohelius, primùm Episcopus Sebastiensis, & dicti Caroli Archiepiscopi suffraganeus; Abbas Strahouiensis, & Visitator ordinis Præmonstratensis, Carolo defuncto successit in Archiepiscopatu Pragensi: quem hodieque feliciter & cum laude administrat.

C A P V T VIII.

Olomucenses Episcopi in Morauia.

I **S**ANCTVS CYRILLVS,
natione Græcus, Morauorum Apostolus & Archiepiscopus anno 887. à Nicolao I. Papa creatus,

tus,

tus, annis fere quinque *Velegradi*^{Sedes} *refedit*, *Suatoplucum* Regem Mora-^{Velegradi.}
uorum baptizauit, & Romam re-
diens, ibidem obiit.

S. Methodius fratri suo Romam
abeunti in sede Velegradensi suc-
cessit, iussu Adriani Papæ; qui &
ipse Romam profectus, ibidem an-
no 907. decessit.

Ioannes S. Methodio in Pontifi-
catu successit, & in opido *Polessou-*^{Po-}
co sedem Episcopalem constituit,^{lessou-}
quam alij volunt in *Cunouico* fuisse.^{uici.}

Silvester Ioanni anno 942. suc-
cessit, & annis 19. præfuit. Quo de-
functo, Episcopatus cum Ratispo-
nēsi Ecclesia annis 35. unitus man-
sit. Postea per Benedictum VII.
tēpore S. Adalberti Episcopi Pra-
gensis, annexus fuit Ecclesiæ Pra-
gensi: quæ vniū annis 92. vsque ad
Seuerum Episcopum Pragensem
durauit.

5 Ioannes, ex Canonico Pragenſi
Morauorum Episcopus, à Sigefri-
do Moguntino Archiepiscopo or-
dinatur, consentiente Seuero Pra-
genſi Episcopo. Obiit anno 1086.

Andreas Ioanni an. 1091. succes-
sit, & ex Poleſſouico sedē Episco-
palem Olomuciū tranſtulit: obiit-
que cum annis quinque præfuiſſet.

Petrus, ordine Canonicus regu-
laris; Strahouiensis cœnobij, in
Pōtificatu Andreæ successit; Huius
electionem *Bretislauſ* Dux Bohe-
miæ, Vratislai Regis filius, vsque
adeò approbavit, vt deinceps sta-
tuerit neminem, nisi eiusdem cœ-
nobij Strahouiensis Canonicum in
Episcopum Olomucensem eligen-
dum. Quod etiam decretum litte-
ris suis ac diplomatibus firmavit:
idque contra Episcopi & Pragenſis
Capituli prætenſionem, qui sibi
electionem Olomucensis Ecclesiæ

vsur

vsurpare nitebantur. Quæ quidem electio Canonorum regularium Strahouiensium multis annis duravit. Moritur Petrus anno Christi 1104. Nonis Iulij sepultus in Strahouia.

Ioannes, dictus Ventrosus, Canonicus in Strahouia, concordivoto Ecclesiæ Olomucensi præficitur, de ea optimè meritus. Hic enim *Cremfirium* cum foro, & omni iure ab Othone Marchione Moraviæ, trecentis marcis argenti emit, Ecclesiæque bonis adiecit: insuper *Lubacum* in Bohemia à Sobieslao Duce Episcopatus incorporandum obtinuit. Moritur anno Christi 26. supra 1100. in Strahouia sepultus.

Henricus cognomine Zdiquius, illustris Vladislai Ducis Bohemiæ frater, ac Strahouiensis cœnobij Canonicus professus, Ioanni succedit miræ sanctitatis atque innocentie

centiæ Pontifex, miserorum fingulare refugium. Huius Pontificatu, anno scilicet 30. supra millesimum ac centesimum, *VVenceslaus*, Othonis Marchionis Moraviæ filius, cultum diuinum amplificare studens & Episcopium (quod paruis continebatur angustiis) gloriosis structuris euehere, templum in honorem martyris S. Wenceslai in arce sua Olomucensi erexit, sedemque illuc Episcopalem ex ecclesia S. Petri, permissione summi Pontificis Innocentij II. transferendam curauit, XII. ibidem Canonicis institutis. Hic etiam corpus S. Christini, pro ecclesia recens constructa, obtinuit, ibidemque religiosè recondidit. Tradidit eidem ecclesiam S. Mauritij intra urbem Olomucensem, quæ antea ad monasterium Gradicense pertinuerat. Moritur tandem gloriosus hic Pontifex

fex

fex anno 1157. Kal. Iulij in monasterio Strahouienſi ſepultus.

Ioannes, Henrico vniuerſæ car- 10
nis viam ingreſſo, Pontificatum
Olomucenſem ſuſcepit, Canoni-
cus antea regularis Lithomiſlenſis.
Cumque ſeptem annis præſediſſet,
moritur, & in eccleſia ſua Olomu-
cenſi, ante introitum chori, ſub al-
bo marmoreo lapide ſepelitur.
Cœpit hac tempeſtate Lugduni
peſtifera Valdenſium inſania, quæ
virulenta tabe Bohemos tandem
ac Morauos corrupit, longèque ac
latè ſæuit. De qua vide ſupra ca-
pite 1.

Ioannes, cognomento Caluus,
cathedræ Olomucēſi deinde, con-
cordi omnium voto, præſicitur,
Strahouienſis & ipſe cœnobij Ca-
nonicus profeſſus. Vir magnæ pru-
dentia, eximia largitatis, ac ſingu-
laris in omnes humanitatis & be-
neuo

neuolētix. Qui cū Ecclesiæ suæ, miro omnium fauore, bene ac laudabiliter quindecim annis præfuisset, anno Christi 1172. moritur, & in monasterio Gradicensi prope Olomucium honorificè sepelitur.

Dietlebus post hunc assumptus ex Strahouiensi monasterio Pontificatum iniit, & religiosè administravit. Moritur an. Christi 81. supra 1100. & in monasterio Strahouiensi tumulatur. Post cuius decessum sedes anno vno vacauit.

Peregrinus Dietlebo successit, & ipse Canonicus antea Strahouiensis, vir integer, & pius. Hic nondum expleto Pontificatus sui quadriennio, moritur, & fratribus suis Episcopis in Strahouia attumulatur. Quo mortuo sedes biennio integro viduata mansit Præfulle & pastore.

Cain ex Strahouia vocatus, procurante

curante Conrado Marchione Morauie Pontificias infulas, opponentibus se iterum Episcopo & Canonicis Pragensibus, suscepit. Pontifex fuit qualem Paulus esse voluit, hospitalis ac modestus, profusæque in omnes largitatis, & in clerum suum potissimū. Hic quotiescumque Olomucium venit, non Canonicos solūm, sed totum ecclesiæ suæ clerum ex mensa & quadra sua pauit, facilem & benignum se omnibus exhibuit, religioni mirificè vacauit. De quo id vulgo ferebatur, quod vox eius sonora vt tuba Dei esset, & quasi vox Angelorū. Moritur pius & religiosus Pontifex anno Christi 1194. pridie Idus Ianuarij.

Engelbertus, natione Brabantius, 25
Canonice & ipse regularis
Strahouiensis, postea Olomucensem
sedem (vbi pridem Archidia-
conus

conus & Canonicus fuerat) obtinuit, magni consilij vir, & ob hoc à Principibus & optimatibus in maximo pretio & existimatione habitus. Canonicos suos miro amore & benevolentia complexus, & ab eis vicissim paterna veneratione cultus, nulli noxius, quin potiùs erga subditos suos mirificè benignus fuit. Moritur anno Christi 1199. supra 1000. Hic totum ecclesiæ tectum plumbo vestiuit.

Bauarus, natione Bohemus, ex Strahouiensi cœnobio euocatus, Engelberto sufficitur, obiitque in monasterio Milenscensi an. 1201. in Strahouia sepultus: post quem series Episcoporum ex Strahouia cessauit. Quod quidem monasterium ante annum Christi 1120. (quo cœpit ordo Præmonstratensis) conditum fuisse, ex iis quæ superius sunt dicta, colligi videtur.

Quo

Quo autem anno Strahouienſes Canonici regulares inſtitutū Præmonſtratenſe ſint amplexi, nondum certò mihi conſtat.

Robertus, natione Anglus, Sarcophagum S. Chriſtini auro argento gemmiſque ornauit, & crucem pretioſiſſimam duodecim marcarum auri, ab *Vladiflao* Marchione pro eccleſia ſua obtinuit, moriturque anno Chriſti 1232. in Velegrado ſepultus.

Fridericus anno 1241. obiit.

Brumo Comes Schonbergius, natione Saxo, *Cremſirium* muro cinxit, eoque in opido Collegium Canoniorum S. Mauritij inſtituit ac dotauit, Comitatum Schonbergſem & Hukenualdenſem, cum variis opidis ac prædiis, eccleſiæ ſuæ adiecit. Obiit an. 1281. Cremſirij in dicta baſilica ſepultus.

Theodoricus obiit anno 1302. 20

Ioan

68 *De rebus Bohemicis*

Ioannes Halius.

Petrus Brandauicius moritur
Pragæ.

Conradus obiit anno 1326.

Henricus Berka obiit Pragæ

1333.

25 Ioannes, cognomento Wolko,
Wenceslai Bohemiæ Regis filius,
Pustimirensis monialium cœno-
bium erexit ac dotauit, ibidem
conditus.

Ioannes cognomento Oczko,
post Archiepiscopus Pragensis &
Cardinalis.

Ioannes à Nouo foro, antea Li-
thomislensis Episcopus, & Caroli
IV. Imperatoris Cancellarius, an-
no 1380. obiit, Lithomislæ condi-
tus in monasterio Eremitarum S.
Augustini, quod fundarat.

Petrus Gelytus, Canonicorum
regularium in *Lantzrona* mona-
sterium propriis impendiis exstru-
xit,

Liber singularis. 69

xit, in eodem sepultus anno 1387.

Ioannes, Iudoci, & Procopij
Marchionum Moraviae frater, post
Aquileiensis Patriarcha.

Ioannes dictus Mraz, antea Pre- 30
positus Zdderasiensis, ordinis Cru-
ciferorum S. Sepulcri.

Ladislaus obiit an. 1408. Crem-
firij sepultus.

Conradus, natione Westpha-
lus, post ad Pragensem cathedram
translatus, demum in Hussitarum
haeresim est prolapsus.

Wenceslaus, Patriarcha Antio-
chenus, obiit anno 1426.

Ioannes, antea Lithomislensis
Episcopus obiit Strigonij an. 1430.
Vaciae sepultus.

Cōradus Vlmæ in Sueuia obiit. 35
Paulus anno 1450. Brunæ in
Collegio S. Petri sepultus.

Ioannes Ladislaū Alberti filium
Bohemorum Regem coronavit.

Bohuffius

Bohuffius obiit Viennæ.

Prothasius arcem Wisthauien-
sem regiis structuris erexit, & basi-
licam ibi à fundamentis extruxit,
obiitque anno 1482.

Ioannes, Varadiensis Episcopus,
simul curam Olomucensis Eccle-
siæ suscepit, & cœnobium Canoni-
corum regularium, quod *Omniium
Sanctorum* dicitur, in suburbano
Olomucensi, à fundamentis ere-
xit.

Ioanne postea familiæ D. Fran-
cisci adscripto Innocentius VIII.
Papa N. Cardinali Aleriensi Epi-
scopatum contulit.

Aleriensi extincto Alexander
VI. Papa N. Cardinalem Montis
Regalis suffecit.

43 Post hunc, *Stanislaus Thurzonius*,
Olomucensem Ecclesiam residens
multis annis feliciter rexit. Ad hūc
Augustinus, Olomucensis ac Brü-
nensis

nenſis Eccleſiarũ Præpoſitus, ſcripſit Catalogum Epiſcoporũ Olomucenſium, cum Hiſtoria Ioannis Dubrauij editum: ex quo ſuperiũs à nobis enarrata deprompſimus. Thurzonio ſucceſſit Zaubekus, aut Dubrauius.

Ioãnes Dubrauius, Olomucenſis Epiſcopus, ſcripſit Hiſtoriam Bohemiæ anno 1575. Baſileæ editam: item libellum de Piſcinis, & Commentarium in quintum Dauidis Pfalmum, *Verba mea auribus percipe Domine.* Natus eſt Peliſinæ, nõ ignobili Bohemiæ opido, Chriſtianæ religionis auitæ ſtudioſiſſimo. Præfuit annis circiter decem, & anno 1553. viuere deſiit.

Dubrauius ſucceſſit *Marcus*, quẽ *Guilielmus*, nobili Vuizkoniorum gente ortus, excepit.

Guilielmo ſucceſſit *Ioannes Grodecius* Sileſius, qui heredẽ ſupelle-
tilis

Et ilis librariæ & argentariæ scripsit
ex sorore nepotem Venceslaum
Skalam Dubratuiskium.

Fránciscus Dietterstenius, S.R.E.
Cardinalis, nobilissimo apud Mo-
rauos genere natus, Olomucensi
Ecclesiæ feliciter hodie præest.

C A P V T I X.

Vratislavienses Episcopi in Silesia.

H V I V S provinciæ Episcopi
primùm *Smogra* resederunt:
inde Leonardus Episcopus sedem
transtulit 1041. *Bicinam*, qui anno
1051. viuere desiit. Hieronymus
deinde Episcopus (qui anno 1062.
obiit) cathedram, cum collegio
Canonicorum, *Bicina Vratislaviam*
transuexit.

Imislaus Episcopus vel Heimo
fundauit

fundavit collegium Canonorum
in opido Glogouia. Obiit an. 1126.

Thomas Episcopus erexit col-
legium Ratiboriæ seu Ratisboriæ.
Obiit anno 1292.

Wenceslaus Episcopus fundavit
collegium Canonorum in opido
Otmachouio, & obiit anno 1417.
Ipsam Episcoporum feriem nunc
subnectamus.

Godefridus ciuis Romanus, pri-
mus Episcopus Smogrensis anno
966. creatur à Ioanne XIII. Papa.
Obiit 983.

Urbanus I. obiit 1005.

Clemens I. obiit 1027.

Lucilius I. obiit 1036.

Leonardus I. sedem Smogra an-
no 1041. Bicinam transtulit, vt di-
xi, vbi & obiit anno 1045.

Timotheus I. obiit 1051.

Hieronimus I. sedem cum col-
legio Canonorum Bicina tran-

74 *De rebus Bohemicis*

stulit Vratislauriam, vt suprà retulimus. Obiit 1062.

Ioannes I. obiit 1072.

Petrus I. obiit 1091.

10 Zirosslaus obiit 1120.

Imislaus, vel Heimo, fundauit collegium Canonorum in vrbe Glogouia, obiitque 1126.

Rupertus I. præfuit annis 17. postea factus Episcopus Cracouiensis.

Magnus I. Poloniæ Principis Cancellarius, obiit 1146.

Ioannes II. ædificauit monasterium ordinis Cisterciensis, & monachos ex Moribundo Burgundiæ cœnobio euocauit. Obiit Archiepiscopus Gnesnensis, circa annum 1160.

Gualterus I. Boleslai Poloniæ Principis Cancellarius. Obiit 1176.

Zirosslaus II. Obiit 1181.

Franciscus I. 1191.

Iaro

Liber singularis. 75

Iaroslauus I. Silesiæ Principis filius, obiit 1201.

Cyprianus I. obiit 1217.

Laurentius I. obiit 1232. 20

Thomas I. obiit 1267.

Thomas II. obiit 1292. Erexit collegium Canonorum Ratiborix seu Ratisborix.

Ioannes III. obiit 1301.

Henricus I. obiit 1319.

Vitus I. obiit 1326.

Nancerus I. olim Cracouiensis Episcopus, obiit 1341.

Pretislaus I. obiit 1376.

Theodoricus I. à quibusdam omittitur, eò quòd confirmationem à Romano Pontifice non potuerit impetrare.

Venceslaus I. erexit collegium Canonorum in opido Otmachouio, & obiit 1417.

Conradus I. senior, obiit 1447. 30

Petrus II. dictus *Nonack*, fouit

76 *De rebus Bohemicis*

B. Ioannem Capistranum, ordinis
S. Francisci monachum, qui in Si-
lesiam sui ordinis sodales deduxit.

Obiit 1456.

Iodocus I. Bohemus, ex illustri
familia Rosenbergia, obiit 1467.

Rudolphus I. olim Episcopus
Lauantinus obiit 1482.

Ioannes I V. dictus Rotus, viro-
rum eruditorum amantissimus,
obiit 1506.

Ioannes V. obiit 1520.

Iacobus à Salza obiit 1539.

Balthazar Promicius obiit 1561.

Haectenus ex Duglossio, & Ioa-
chimo Cureo, Annalium Silesiae
scriptoribus.

Carolus, Archidux Austriae, fra-
ter Ferdinandi II. Caesaris, & ord.
Equitum Teutonicorum supremus
Magister, hoc anno 1621. est Vra-
tislaviensium Episcopus.

Trebnicense in diocesi Vra-
tislaviensi

flaviensi monasterium virginum
ordinis Cisterciensis, tertio lapide
ab Vratislauia, fundarunt amplissi-
méque dotarunt *Henricus* Dux Si-
lesix, eiusque coniux *S. Hedunigis*,
monialibus Bambergae euocatis. In
dicto monasterio obiit *S. Hedunigis*
anno 1243. à *Clemente IV.* Di-
uis adscripta anno 1267.

C A P I T U L U M X.

*Canonicorum Collegia, Abbatia,
& alia cœnobia in Bohemia.*

A NNO nongentesimo vicesi-
mo tertio *S. VVeneeslaus* Bo-
hemix Dux, & postea martyr, pri-
mum *S. Vito* martyri templum Pra-
gæ ædificauit, quod *S. VVolfangus*
Episcopus Ratisponensis consecra-
uit, *Boleslaus Pius*, anno nongentesi-

An.
923.

mo octauo, Episcopi sedem fecit, *Clemens V I.* Papa, anno millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, petente *Ioanne* Bohemorum Rege, eiusque filio *Carolo IV.* Imperatore, dignitate Archiepiscopali decorauit. Sunt autem in templo metropolitano Pragensi, præter dignitates, Canonici præbendati viginti sex, non præbendati decem, medij verò præbendati duo.

Præter metropolitanam S. Viti ecclesiam, multa insuper in vrbe Pragensi, & extra eam, sunt Canoniorum collegia. In vrbe quidem sunt ista:

Omniū Sanctorum.

S. Martini, in minori Praga.

S. Nicolai, in veteri Praga.

S. Ægidij, ibidem.

SS. Petri & Pauli, in Wissegrado.

S. Stephani, in noua Praga.

S. Apol

Liber singularis.

79

S. Apollinaris, ibidem.

SS. Petri & Pauli, ibidem.

Extra Pragam.

S. Martini, in opido Koftelez.

S. Stephani, Litomerici.

S. Iothardi, Slanæ.

S. Wenceslai, ibidem.

SS. Cyrilli & Methodij, in veteri
Boleslauia.

S. Wenceslai, in Profik, prope
Pragam.

SS. Petri & Pauli, Mechnicij.

S. Stephani, in Citow.

S. Mariæ, in Germanica Broda.

S. Ioannis, in Morassicich.

S. Crucis, seu Passionis Christi,
in *Carlstein* arce.

Fuerunt insuper in Bohemia
quàm plurima variorum ordinum
monasteria: vt

S. Benedicti, viginti sex.

D 4

80 *De rebus Bohemicis*

Cisterciensis ordinis, quatuordecim.

Præmonstratensis, quindecim.

Canonicorum regulariū, decē.

Crucigerorum cum Nauicula, tria.

Crucigerorum cum rubea stella, octo.

Minimorū, siue Ordinis S. Francisci Paulani, tria.

Mendicantium & aliorum ordinum insuper plurima.

Sic fere *Georgius Bertholdus Pontanus* lib. 4. Bohemiæ Piæ, quæ consule, itemque *Cosmam* primò Decanum, post Episcopum Pragēsem, qui præter vitam S. Adalberti Episcopi, scripsit Chronica Bohemorum libris tribus, vsque ad annum Christi millesimum centesimum vicesimum sextum.

Inter Benedictina cœnobia eminent *Brenonia*, quæ S. Adalbertū II. Episco

Episcopum Pragensem agnoscit conditorem, ut idem Pontanus tradit: item *S. Ioannis Baptiste* monasterium, cuius Abbas fuit *S. Procopius*.

Inter Cisterciensia cœnobia hæc tria potissimum laudantur, *Aula Regia*, ad Muldam fluuium, haud procul à Praga, à Wenceslao Rege condita, ubi plurima Regum Bohemix sepulcra spectantur: *Zedlicium*, octauo lapide à Praga, circa annū 1150. exstructum, monachis Waldsasso euocatis; & *VVossca* apud Litomericiū opidum circa annū 1180. ædificata, monachis pariter Waldsasso deductis.

Quod ad Præmonstratensem ordinem attinet, floret hodieque in vrbe Pragensi Abbatia Montis Sion, vulgo *Strahouia* nuncupata, ab Vladislao Rege, nisi fallor, circa annū 1140. constructa, & Norber-

tinis tradita. Hanc penè funditus per Hussitas euersam, *Ioannes Lohelius*, tunc Abbas Strahouiensis, nūc Archiepiscopus Pragensis laudatissimus instaurauit, fauente in primis Rudolpho I I. Cæsare, qui Teplensis Abbatia, à B. Rosnata fundata (in ruderibus adhuc iacentis à temporibus Hussiticæ vastationis) prædia Strahouiensibus attribuit.

In Morauia illustris ac potens est eiusdem ord. Præmonstratensis Abbatia virilis, vulgo *Luca* nuncupata: in qua libri non pauci, ad illius ordinis illustrationem, nostra ætate, elegantibus typis sunt editi. Quod præclarum factum vrinam aliorum locorum Abbates potentes æmulentur! De reliquis instituti Præmonstratensis per Bohemiam, Morauiam & Silesiam monasteriis consule Chronicon nostrum Præmonstratense.

Fuit

Fuit item olim celebre apud Bohemos Cælestini ord. monasterium, *Oybin* nuncupatum, bidui itinere ab Praga: quod anno 1556. procurante Ferdinando Cæsare ad vectigal annuum, Pragensi Societatis I E S V collegio est attributum: ut Nicol. Orlandinus lib. 16. Hist. Soc. commemorat.

C A P V T X I.

De Pragensi, & aliis Societ. Iesu collegiis in Bohemia, ac Moravia.

PETRVS CANISIVS, No-
uiomagi in Geldria ad Vahalim flu. honesto loco natus, cum
Viennæ in Austria impositum sibi
curationis Episcopalis onus, quod
inuitus coactusque subierat, ali-

84 *De rebus Bohemicis*

quamdiu sustinuisset, anno 1555. Pragam se contulit, à *Ferdinando* Romanorum Rege, qui Societatis in ea vrbe Collegium meditabatur, accitus. Huius itaque opera, ac studio Ferdinandi, eiusdem filij, Societatis amantissimi, Bohemiæ Proregis, bona Dominicanorum sodalium venia, cœnobium *S. Clementis*, quod erat scholis peropportunum, accepit. Aliud enim Rex eis cœnobium, cui ab *S. Agnete* nomen erat, & à monialibus derelictum, annuente *Paulo IV.* Pontifice, dedit, amœno loco situm, & cum amplificatione reddituum, curante *Canisio*, vt etiam ad vsum & ad elegantiam aptius, quàm vnde migrabant, concinnaretur: vt quatum fieri posset ex eorum charitate Patrum nullâ (vt æquum erat) ipsorum iacturâ, & Societati commoditas crearetur, & ciuitati. Ad vectigal
annuum

annuum Societati attributum est
Oybin monasterium olim ord. Cæ-
lestini, bidui itinere à Praga situm.
Ponebat suam Canisius operam
Pragæ iucundiùs multoque lætiùs,
quàm Viennæ, maioris spe fructus
allectus. Quamquam enim Pra-
gensis populus sub vtraque specie
libabat diuina ac sacrosancta my-
steria, ceteros tamen Catholicos
ritus ac ceremonias etiam tum re-
tinebat: eratque ad honestum ac
rectû suo propensus ingenio. Cleri
porrò duces atque primarij nihil
tam optabant, quàm vt ad suum
aliquando candorẽ integritatem-
que Religionis cultus reuocaretur.
Et qui in ea vrbe versabantur hæ- *Huf-*
retici, ij nec in suo numero viros *sita.*
doctos habebant, nec satis iinter se
de Religione consentiebant, &
quod caput est, ipsum suum ducem
caputq; *Ioannem Hus*, à quo pestem
hause

hauserant & nomen, nullo iam loco numeroque ducebant. Eorum est hæresis, sacrosanctam Eucharistiam sub vtraque specie cum populo communicandam, eamque vel infantibus porrigendam; nec Apostolicæ sedis auctoritatem Ecclesiæque Romanæ sequendam. Sed si eò concionatores mitterentur idonei, qui Bohemicè nossent, spes erat aliquando fore, ut pestis illa depelleretur ab vrbe, & res Catholica reuiresceret.

Quibus & Regis & Canisij votis obsecundare quodammodo visus est Deus, duodecim fere hoc anno missis ad Societatem præstantis indolis Bohemis adolescentibus. Miserat hos in Urbem *Ferdinandus Rex*, in Collegio Germanico instituendos; sed cum per inopiam eò recipi non possent, Societati se vniuersi penitus tradidere.

Quod

Quod Ferdinandus ita probauit, ut ex eo tempore, quamdiu vixit, Romano Collegio quadringenos singulis annis aureos nummos perbenignè donarit. Nec pia Regis, in commendanda suis & B. Ignatio Loiolæ, & Pontifici litteris re Bohemica, desiderata sedulitas est: ne prouinciam tam indigam opis ac prope depositam, desertam prorsus paterentur; sed paterna charitate complexi per Societatis homines subleuarent. Canisius verò, dum accuratas in æde maxima conciones, frequenti conuentu, per dies festos habet, Hussitas timor inuasit, ne aduocaretur idcirco Collegium, ut ipsos disputando reuinceret: ideòque cunctis opibus remorari cœpta conabantur. Quo metu animaduerso, Canisius significandum eis censuit, non eo consilio Societatē Pragam inferre vestigia,

ut

vt quenquam disputationis pugna
lacefferet, sed vt iuuentutem non
modò Catholicam, sed reliquam
etiam, & omne genus Ciuium in-
genuas artes optimasque litteras,
mercede nulla, doceret. Sperabat
nimirum his Hussitas allectos inui-
tatosque promissis, cùm se ad no-
uos Catholicosque doctores appli-
cuissent, futurum etiam vt ad aui-
tam Religionem paulatim animos
applicarent; & reiectis dogmatibus
noxiiis, ad Catholicorum sensum
sanamque doctrinam nullo nego-
tio laberentur. Sic fere Nicolaus
Orlandinus lib. i 5. *Historiæ Socie-
tatis I E S V.*

Præter Pragense, sunt alia insu-
per quatuor apud Bohemos Socie-
tatis I E S V collegia: *Crumloviense,*
Commotouiense, Nouodomense & Gla-
scense: in Morauia autem sunt duo
Olomucense & Brunense: ad quæ,
post

post victoriam Pragensem & Morauiam subactam, Patres Societatis (pulsī namque à Pseudorege fuerant) à Catholicis sunt reuocati.

C A P V T XII.

*Belli Bohemici inter Ferdinandum
II. Cæsarem, & Frēdericum V.
Comitem Palatinum, origo,
progressus, & finis.*

MATTHIA Cæsare agente,
& ALBERTO Belgarum
Principe (raro & inusitato contem-
pti Imperij exēplo) ius omne suum
cedente, Ordines Bohemiæ *Ferdi-
nandum Austriacum*, Catholicæ Re-
ligionis studiosissimum, anno huius
sæculi decimo septimo, sibi Regem
elegerant, & die 26. mensis Iunij,
solemni

solemni ritu ac pompa, Pragæ coronarant. Pupugit id mirum in modum Calvinianos, hominum genus seditiosissimum, & ad Regna euertenda, aut turbanda natū, qui specioso, sed falso titulo Vtraquistarum, Hussitis (ea secta etiā nūm apud Bohemos obtinet) sese adiunxerant. Anno itaque 1618. dū *Matthias* Imp. Viennæ afflictiore valetudine languet, & postularis Hungarorum, Pofonij in comitiis, diei indictio (qua eiusdem *Ferdinandi*, iam tum proclamati electique Regis Hungariæ, coronatio celebrāda esset) omniū expectatione diutiū extrahitur: Bohemi coniurati (quorum Princeps erat *Matthæus* Comes Turrianus) globo armatorū factō, arcem Pragensē, cum armamentario ac curia regia, die 23. Maij occupant, inque conclaue, quod Cancellariam vocāt, vi irrumpen-
tes

tes *Guilielmum Slauatam*, Camerae Bohemicæ Præsidē, *Iaroslauum Borzitam*, regni Marefcallum, & *Philippum Fabricium*, Secretarium, de fenestra deturbant, altitudine quadraginta ampliùs cubitorum. Omnes tamen falui atque incolumes, Deo suos protegente, magna omnium admiratione, euaserunt.

Bohemis rebellibus postea accessere *Morauis*, *Silesij*, *Lusatij*, *Austriaci superiores*, ac demum *Hungari*, *Gabriele Bethleno*, *Trásiluanix* Principe, Turcarum cliente ac vasallo, ad spem regni Hungarici euocato. Sed & *Achmetus*, Turcarum Sultanus, Christiani nominis hostis hæreditarius, per legationes sollicitatus, *Palasso*, *Corlato*, & aliis Constantinopolim missis: oblatumque tributum annuum, modo prouinciarum sex confœderatarũ protectionem, aduersus Ferdinandum, susciperet.

peret. Nimirum hic genius sectæ Calvinianæ est proprius ac perpetuus, viam Turcis sternere: quod *Guil. Reginaldus* in suo *Caluino-Turcismo* abūdè docuit, vt de Emblemate illo apud Batauos & Hugonottos vsitato nihil dicam, quo se *Turcis potius quàm Papistis accessuros*, non minùs stultè, quàm impiè profiteri solent.

Matthia Cæsare anno 1617. die 20. Martij defuncto, Bohemi rebelles *Ferdinandum* legitimū Regem suum, iuratum ac coronatum, per summam iniuriã atque audaciam, paulò pòst abdicant, libellis plurimis in facti defensionem euulgatis. Causa abdicationis potissima à Iure electionis liberæ petita est, quod inscitè sibi factiosi arrogare sunt conati, culpata item comitiorū Regni integritas, in quibus *Ferdinandus* publicè susceptus fuerat. Re-
gem

gem itaque nouum sibi quærentes, cum à *Ioanne Georgio*, Electore Saxonix, & *Maximiliano* Bauarię Duce, quibus regni coronam detulerāt, reiecti essent, *Fredericum V.* Comitem Palatinum Rheni, die 27. Augusti Pragæ congregati, sibi Regem elegerunt, & ineunte mense Nouemb. coronarunt.

Mox ad arma vtrimque fortiter ventum est, & tota pœnè Europa in partes tracta. Protestantes Germaniæ Principes cōfœderati (quos inter eminebant *Ioannes Fredericus*, Dux Wirtemberge, *Mauritius* Lātgravius Hassię, *Christianus* Princeps Anhaltinus, *Ioachimus Ernestus* Marchio Anspacensis, & *Georgius Fredericus* Marchio Durlacensis) Palatini partibus sese cum Batauis adiunxerūt. Saxo & Bauarus in fide, Cæsari & Imperio debita, magno Reipublicæ Christianæ bono, perstiterunt.

stiterunt. Saxonē iniuria proprium-
que periculum stimulabat, quòd
Vinariensibus, ex *Ioannis Frederici*,
per *Carolus V.* Electoratus titulo
priuati, stirpe prognatis, Calviniani
spem fecissent recuperandæ digni-
tatis. *Albertus* Belgarum Princeps
primò *Carolus Longeuallium*, Co-
mitem Buquoium, fortissimū belli
ducem, postea bis mille equites, &
peditum sex millia in Bohemiam
misit. Nec defuere sororio suo *Si-
gismundus* Poloniæ Rex, & *Cosmus*
Magnus Etruriæ Dux; quorū prior
Cosaccorum equitum millia qua-
tuor oportunè transmisit. *Paulus V.*
Pontifex magnam pecuniæ vim,
ex Italiæ decimis Ecclesiasticis, col-
lectam suppeditauit. Cumque bel-
lum traheretur, & rebellio, vt fieri
solet, lapsu temporis incrementum
sumeret, *Philippus III.* Rex Catho-
licus, ne periclitanti Ecclesiæ aut
genti

genti suæ deesse videretur, præter undecim armatorum millia, quæ in Austria alebat, copiosissimū apud Belgas exercitum, ad inuadendum Palatinatum, viresque hostium distrahendas, conscribi iussit.

Porro mense Februario anni 1620. habita sunt comitia *Herbipoli* in Fræconia, dein *Mulhusæ* in Thuringia: quibus posterioribus, præter *Electores Ecclesiasticos*, & *Saxo*, cum *Ludouico Lantgrauio Dermstadiensis* interfuit. Actum in iis de communi contra Calvinistas foedere, qui vniuersum Imperij ordinem euertere, Germaniam Turcicæ seruituti subdere, antiquã Catholicorum religionem & Augustanam Confessionem non occultis cuniculis, vt hæctenus, sed aperto Marte profligare conarentur. Mense Iulio *Bauarus*, foederati exercitus Catholici ductor, in Austriam superiorem

secundo

secundo Danubio descendit, & *Lintzio* aliisque opidis occupatis, prouinciam totam ad fidem Cæsari præstandam compulit. Eodem ferè tempore *Saxo* in Lusatiam, & *Ambrosius Spinula*, Marchio Sesti, in Palatinatū cum exercitu apud Belgas conscripto, copiisque Italicis aucto, irrupit, *Crucenaco*, *Oppenheimio*, *Bacheraco*, *Traubaco*, & aliis locis ad deditionem compulsis.

Mense Octobri, *Bauarus* & *Buquoius* cum exercitus suos vnum in corpus iunxissent, *Piscam*, aliaque Bohemix opida & arces expugnarunt. Inde Pragam versus progressi, die 8. Nouembris, quæ erat Dominica XXII. post Pentecosten, primo à Praga lapide, collatis signis, cum hostili exercitu, felicissimè dimicarunt; *P. Dominico*, natione Aragonio, ex ordine Carmelitarum discalceatorum, Christi crucifixi effigiem

effigiem in hostem inferente, certamque à Deo victoriam pollicente. Et manifestum, inita pugna, cæleste auxilium fuit. Exercitus namque omnis fusus fugatusque, quinque amplius millia hostium cæsa, mille circiter demersi, & flumine *Mulda* absorpti, bis mille (quos inter filius primogenitus *Anhaltini*) capti, tormenta decem maiora, cum centum plus minus vexillis militariibus adempta, castra omnis opulentia plena à nostris direpta: memorabili sanè ad posteròs victoria: Ex nostris vix ducenti cecidere. *Palatinus* ipse cum vxore, *Anhaltino*, *Hohenloio*, *Turriano*, & aliis proceribus, in *Silesiã* turpiter fugit, & qui animo Imperium Romanum iam deuorarat, vix reperit quò se tutò reciperet, crimenque rebellionis pudenda omne in æuum strage expiauit.

E

Notatum à curiosis, eo ipso die, quo illustris illa victoria de hoste parta est, ex Matthæi Euangelio ab vniuersa Ecclesia Catholica recitatum: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Sequenti die Praga sese dedit, & quatuor millia militum in ea præfidiariorum ad castra Cæsaris transierunt. In vrbe reperta Regni corona, maior item Nobilitatis pars deprehensa, atque inter alios filius & vxor Comitum Turriani. Diebus proximè insequentibus *Launum, Slaunum, Racionicum, Saltzium, Corremberga, Brandicum, Bemisprotum, Caroloftenium,* & alia vicina opida Cæsareano militi portas aperuerunt. Bohemia subacta, Buquoius exercitum victorem in Morauiam mouit, & *Olomucio, Bruna,* cæterisque opidis ad deditionem coactis, vniuersam prouinciam ad Cæsarem reduxit, vt & Saxo

Saxo

Saxo Lusatiam. Hungari, cum suo
Gabore, pro genio gentis, vltimi in
rebellione perstiterunt.

C A P V T X I I I .

*Maximiliani Bauariae Ducis Epi-
stola ad Paulum V. Pont. Max.
de victoria Pragensi
an. 1620. parta.*

BEATISSIME in Christo
Pater ac Domine, Domine
Clemētissime, post humillima bea-
torum pedum oscula. Respexit tan-
dem Deus O. M. Ecclesiam suam,
eiusque hostes debellauit & fregit,
illustri sanè victoria, quę iure meri-
to *Victoria Dei* vocatur. Ego quidē
& veni, & vidi, pugnaeque praesens
fui, sed vicit optimus Deus, cui
omnē victoriae titulum, gratissima

mēte, ex folido adscribo. Verè manus Domini nobiscum fuit, quæ hostem tam potentem, & loco tam munito sese opponentem deuicit. Nec sine singulari Dei prouidentia factum videtur, quod cum hoste congressi simus, ipso Sanctorū omnium octauo die, qui idē fuit cum Dominica 22. post Pentecostē, qua Euangelium ritu Romano prælegitur: *Reddite ergo Casari qua sunt Caesaris.* Reddidit certè Palatinus Elector, quamuis inuitus; qui ubi cladem sui exercitus accepit, vnà cum cōiuge, Praga cessit, & vel hoc ipso Catholicum agmē vicisse professus est. In qua Dei victoria prorsus admiranda contigere. Hostis erat numerosus, nec veterani militis robore carebat: hunc etiā locus ipse fecit audacem. Nam in monte, vrbi Pragensi contiguo, instructissimam contra nos aciem direxit; & quam

quamuis ego, cum vniuerso exercitu, tota penè nocte iter fecerim, hoc solum fine, vt hostem assequi, & cum eo conflagere liceret, conflictus tamen initio admodum iniquus videbatur & impar, cum hostes in oportunissimo sibi loco, nec minus munito, facilem in nos pugnam sortiti essent. At demū præmissa deliberatione, ante omnia Deo fidendum, & ope diuina nitendum esse rati, ex iniquo etiam & inferiori loco hostem cominus aggressi sumus.

Videbatur quidem noster exercitus sub initium nonnihil nutare: sed mox resumtis animis & alacritate, iuit in hostes, & eos è monte profligauit, tormēta ænea maiora occupauit, omnibus aduersæ partis aut cæsis, aut in fugam actis. Ita dispersi fusique ad internecionem vsque deleti sunt: nec priùs

destiterere nostri, quàm fuga dissipatos ad ipsam vsque urbem insecuti, varia in eos cæde grassarentur. Numerus quoque cæsum excreuit, vt plura millia interfectorum numerarentur, cum ex parte nostra vix centum desiderati; plures tamen læsi sunt. Præter tot ex hostium numero cæsum, aliquot capti, inter alios Principis Anhaltini filius natus maximus, qui etiam grauius læsus est, duo Comites, & plures Nobiles & Capitanei.

In eadem pugna, præter centum vexilla, decem quoque maiora curulia tormēta hostibus erepta sunt. Hungari, multis iam eorum prostratis, vt fuga se seruarent, in Moldam flumen sese præcipitarunt, tranaturi: sed mille circiter in aquis interiisse dicuntur. Et quidē pugna ad horam tenuit die, vt dictū, octavo omnium Sanctorum, qui sese de
suis

suis hostibus insigniter sunt vlti.
 Die sequenti, qui fuit nonus, quo
 celebratur dedicatio basilicæ Sal-
 uatoris, ciuitas Praga deditiois ad
 me misit litteras, se in Cæsaris po-
 testate post hac futuram.

Altero ab hoc die, tam vetus
 quàm noua Praga (est enim tripar-
 tita ciuitas) obedientiã Imperatori
 sine exceptione omni promiserunt.
 Hodie quoque regni Bohemici
 Status, Comites, Barones, & No-
 biles, crimen publicè deprecari,
 mihi nomine Cæsaris nouum ho-
 magium promiserunt, & confæde-
 rationibus omnibus, tam cū regno
 Hungariæ quàm aliis, initis renun-
 tiauerunt, ipsaque confæderationũ
 instrumenta ad meas manus tradi-
 derunt. Itaque in hoc anno, Deo soli
 laus, Austria superior omnis Cæsari
 subiecta, inferior tranquillata & ab
 hoste liberata, & complures Bohe-

miæ tam vrbes quàm arces captæ,
ante Pragam hostilis exercitus
profligatus, Praga occupata, & Sta-
tus Regni Bohemiæ in Imperato-
ris fidem & obsequium reducti.

Hæc Sanctitati Vestræ cōpendio
narrare, simulque Ecclesiæ Rom.
gratulari par erat. Interim Sancti-
tati Vestræ submissè & plurimùm
me commendo, atque ad pedum
osculum reuerenter submitto. Da-
tum Pragæ, die 12. Nouēbris 1620.
Sanctitatis V. deuotus, & obsequē-
tissimus filius & seruus Maximi-
lianus.

C A P V T X I V.

*Pauli V. Papæ Epistola responsoria
ad Maximilianum Bavarie
Ducem.*

DILECTO FILIO, nobili vi-
ro, Maximiliano Duci Ba-
uarie,

uariæ, Paulus PP. V.

Dilecte fili, Nobilis vir, felicissimum, & supra quàm dici potest, nobis & vniuersæ Christianæ Reipublicæ optatissimum Pragensis victoriæ nuntium attulerunt litteræ tuæ: quam quidem victoriam, vt de immensa Dei potētia confidentes, non dubia spe præsumebamus, ita nunc de eâ tam copiosè, tam mirabiliter parata, immortales ei, qui facit mirabilia magna solus, gratias agere non desistimus. Tibi verò, in visceribus Iesu Christi vnicè dilecte Fili, totius Ecclesiæ nomine, cui immeritò præsidemus, ex intimis præcordiis gratulamur, quòd nimirum res adeò præclaras tam fortiter, tam breui tempore gesseris, vt quemadmodum scribis, veneris, videris, & Deo duce viceris perfidos Christi hostes, & Romano Imperio rebelles. Laudet,

E 5

Fili, vsque ad mortem, anima mea
Dominum, quoniam adiutor &
protector factus est nobis. Equidē
Nobilitatis tuę litteris lectis, toto
spiritu in Domino exultantes, ec-
clesiam S. Marię Maioris petiui-
mus, ibique humiliter prostrati cū
lachrymis, de summo accepto be-
neficio debita persoluimus, tum
auctori bonorum omnium Deo,
tum eius sanctissimę Matri Mise-
ricordiarum, & Reginę Sanctorum
omnium in quorum solemnitate
octauo die, victoriam diuinitus ti-
bi delatam fuisse scribis. Ut mini-
mē dubitandum sit, quin tibi pro
gloria Dei strenuē dimicanti cę-
lestis exercitus auxilium illa die
præsens adfuerit. Ad huius por-
rō beneficij magnitudinem, quā
grato possumus animo prosequen-
dum, solemnes indiximus in hac
Urbe supplicationes ab ecclesia
S. Ma

S. Mariæ, quam appellât supra Mi-
neruam, ad ecclesiam S. Mariæ de
Anima: ad quam nos venientes, sa-
crofanctum Missæ sacrificiû Om-
nipotenti Deo, in gratiarum actio-
nem, obtulimus. Nullum certè erit
tempus, in quo collati eximij doni
memoria ex animo nostro delea-
tur, quin semper in dies magis, ma-
gisque vigebit, sicut & illustris tuæ
virtutis, tuorumque gestorum im-
mensa gloria perpetuò nobis ante
oculos versabitur, omnisque con-
sequēs ætas meritis illam laudibus
celebrare nō desistet. Nec est, quod
aliquo pacto vereamur, ne ista tua
virtus vñquam defatigetur, quin
firmiter sperare debemus, eam ex
ipsis, pro Christi atque ipsius Eccle-
siæ honore, feliciter susceptis labo-
ribus, maiores quotidie vires acce-
pturam, deque Christiana Repu-
blica maiori etiam, si fieri possit co-

natu optimè promereri nunquam cessaturam.

Quo sanè fiet, vt antiqua Bauaricæ familiæ decora tuis egregiis factis in dies exornentur, & cumulentur, & ipse temporalis atque etiam æternæ felicitatis amplissimum præmium, ab eo, qui est liberalissimus remunerator, consequeris. Nos certè tantum nobilitatis tuæ merito tribuimus, vt quæ vnquam à nobis, atque ab hac sancta Sede, in te tuamque familiam proficisci poterunt, ea semper vobis parata fore, pro certo habeas, velimus. Interim Nobilitati tuæ à Domino secunda omnia optamus & precamur, & iterū paterna nostra benedictione, toto cordis affectu, benedicimus. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, 3. Decembris 1620. an. 16. Pontificatus.

Ceterū Paulus V. Papa anno

1621.

1621. die 28. Januarij viuere desit:
cui, die 9. mensis Februarij sequen-
tis, feliciter suffectus est Gregorius
XV. ex gente Ludouisia apud Bo-
nonienses nobilissima.

C A P V T X V.

*Cæsares XII. Austriaci, seu Vati-
cinium de magnitudine ac po-
tentia Familiae Austriacae,
anno 1261. editum.*

GENS AVSTRIA, velut fa-
cto quodam ad Imperium or-
bis terrarum nata, duodecim con-
tinua penè serie Cæsares Augustos
dedit, magno vniuersæ Reip. Chri-
stianæ cōmodo. Primus supremum
istud honoris & gloriæ fastigium
Rudolphus; Habsburgēsis apud Hel- I
uetios Comes, anno partæ salutis
1273. familiæ suæ intulit & gētem
sceptris

110 *De rebus Bohemicis*

sceptris regnisque fatalē propaga-
uit. Quo merito? In Dei Opt. Max.
consulta inquirere nefas esse scio,
nec faciam: sed non est inquisitio,
quæ superiorum ætatum historici
litteris consignarunt, cōmemorare.

Anno 1261. in modica adhuc
fortuna, & non nisi Comes Habf-
burgensis, multiplex veræ pietatis
ac religionis studiū *Rudolphus* præ-
tulit: cui secuturam decursu tem-
porum magnitudinē vaticinia vo-
césque diuinæ adscripserunt. Vena-
tum fortè, die pluuio, & viis fractis
ac sordentibus, eques iuerat. Ecce
Parochus, SS. Eucharistiam extre-
mum ægro solatiū laturus, torren-
tis ad ripam, pedes occurrit. Quo
viso piissimus Comes, non sine in-
dignatione, equo defilit, & *Me vehi,*
inquit, te qui Salvatorem meū portas,
pedibus incedere, indecorum sit atque
impium. Conscende itaque, & equum
hunc

hunc cape. Paret Sacerdos, & præeū-
tem Comes, capite nudato, piè se-
quitur, atque ad humile ægri tugu-
rium deducit.

Sacerdos, ad templum redux,
equum restituere cum vellet, *Absit,*
inquit, *ut illum ego equū conscendam,*
quem scio Dominum, & Creatorem
meum gestasse. Quod si præter merita,
hac tibi à me venire censes, teque adeo
munere isto indignū, pios in vsus con-
uerte. Illi nempe ego dedi ac dicaui, à
quo mihi honores, opes, vita, & anima.
Parochus itaque munus admisit, &
mente diuinitus monita, Comiti
bene abeunti dixit, simulque Im-
perium orbis terrarum ipsi ac po-
steris prædixit.

Postero die *Rudolphus* ad *Farense*
monasterium (quod inter Tigurum
& Aquas situm, Lindemago adia-
cet) se contulit, virginem sanctimo-
nialem, propinquam & ætate gran-
dem,

dem, inuisurus. Quæ ubi eum vultu sereno excepisset, *At tibi ego, inquit, hesternò die Numen caeleste placatum beneuolumq; redditum denūtio, próque pietatis ac liberalitatis officio, tibi posterisque tuis summum in terris honorem ac fastigium promitto. Perge porro, atque ut cœpisti, viam insequere.*

Parochus verò postea, cùm *Venero* Moguntino Archiepiscopo, & S. R. I. Electori à Sacris ac Secretis esset, crebros de *Rudolpho* sermones, non solum apud herum suum, sed alios quoque Principes habuit, eius virtutes ac pietatem laudibus in cælum efferens. Quo factum, ut agente in primis eodem Electore Moguntino, Imperator an. 1273. renuntiaretur. Sic ferè *Franciscus Guillimannus* lib. 6. *Hist. Habsburgicæ*, ex antiquis & probe notæ codicibus manuscriptis. Alij ad *Sueuicam Vatem* hæc referūt: quidam
& som

& somnio sequentis noctis (qualia non pauca, à Deo immiffa, in facris profanisque historiis legimus) Comitum ipsum diuinitus edoctrum fcribunt. Vt ut fit, res illa certa est ac rata, & fidem etiam ab euentis (quæ certiffima vaticiniorum interpretatio) nunc habet. Itaque nemini mirum videri debet Calvinianos, sectæ Berengarianæ propugnatores acerrimos, Sereniffimam Familiam Austriacam (quæ ut Deo in primis magnitudinem suam debet acceptam, sic cultus eiusdem, in V. Sacramento, est studiosiffima) tanto odio prosequi: quamquam frustra, irritoque semper conatu, Deo scilicet illam protegente.

Ceterum *Rudolphus* Cæsar creatus, *Ottocarum* Bohemiæ Regem potentiffimum bello vicit; & provinciis, quas is stante Interregno occuparat, recuperatis, *Alberto* filio suo

fuo maiori Austriam, Stiriã, & Carniolam, *Rudolpho* natu minori Sueuiam, & *Mainhardo* Tirolensium Principi Carinthiam anno 1282. in comitiis Augustanis contulit. Obiitque plenus glorię anno 1291. Spiræ Nemetũ conditus. Obseruatũ à Gilberto Genebrardo homine Gallo, in Chronologia, & aliis, Familiã Austriacã eo ipso tẽpore orbi Christiano diuinitus datã, quo Otomãnica publico damno emerfit.

2 Rudolphũ secutus est *Albertus I.* filius, qui Adolphum Nauffaium, prælio victũ, regno exiit, obiitque an. 1308. Spiræ itidem sepultus.

3 *Fredericus* cognomento *Pulcher*, Rudolphi nepos, Rex Romanorũ, eo nomine Tertius, anno 1314. eligitur, & à Ioanne XXII. Papa confirmatur. Cum Ludouico IV. Bauaro collega an. 1325. transegit, vt pari vterque potestate imperaret.

Obiit

Obiit an. 1330. conditus in Carthusia Murbacensi à se condita, apud Viennam Austriae.

Succēturiati deinde Lucēburgi- 4
ci; quos *Albertus II.* Sigismundi Imperatoris gener, excepit: cui, intra vnus anni spatiū, tria Regna Bohemiae, Hungariae, & Romanorū, rara quadam felicitate obtigerūt. Viuere desiit an. 1439. Abbe in Hūgaria.

Exinde sobrinus illius *Fredericus* 5
IV. aliis Tertius, cognomine *Longaeus*, scepra tenuit, quo nullus Cæsarum, post Octavianum Augustum, diutius imperauit, quique postremus ex Germanicis Imperatoribus in vrbe Roma coronā Imperij accepit. Obiit anno xj. 1493. Imperij 53. ætatis 78.

Reliquit is filium *Maximilianum* 6
eo nomine Primum, qui potentiam istam, toti hodie orbi formidabilem, in Austriam gentem transtulit,

stulit, *Maria Burgundica*, Caroli Audacis filia matrimonio auctus. Dignus profectò ea fortuna Princeps, utpote virtutibus, & animi magnitudine, itemque benignitate, cum optimis quibusque omnium sæculorum Principibus comparandus. Is filium reliquit *Philippum* cognomento *Pulchrum*, cui *Ioanna* vxor, Ferdinandi Regis Catholici filia, Hispaniam, cum India, dotalem attulit. Vita excessit Maximilianus anno 1519.

7 Maximiliano in Imperio successus est ex Philippo filio nepos, *Carolus V.* vero elogio Maximus, cuius laudes leuiter hinc libasse, sic detraxisse.

8 Carolus porrò *Ferdinandum* fratrem, Ferdinandus filiū *Maximilianum*, eo nomine Secundum, Maximilianus *Rudolphum II.* itidē filium,
 9
 10
 11 Rudolphus *Matthiam* fratrem habuit
 successore

successorem. Patrueli suo, Viennæ an. 1619. die 20. Martij defuncto, successit *Ferdinandus II.* Cæsar, à 12 Septemuiris Frācofurti congregatis, die festo S. Augustini, qui est 25. Augusti, electus. Cui prouincias omnes Austriacas, per Matthiæ fratris obitum ad se deuolutas, celsit Serenissimus Archidux *Albertus*, Belgarū Princeps; raro sanè ac laudabili exemplo, si vniuersæ Reipublicæ Christianæ bonum spectemus, vt is spectauit.

Optimo itaque iure *Domus Austriaca, Romanorū Imperatorum* (quos nouem continua serie dedit, & plures, vt vouemus, dabit) *parens ac nutrix*, freudente nequidquam inuidia, nuncupatur.

*Hic prisca Pietatis honos. Nec terminus
unquam
Austriaca ditionis erit, quam Suenica Vates,
Fatidicæque pius firmanit voce Sacerdos.*

F I N I S.

INDEX RERVM.

A

- A**bbatia regni Bohemia, cap. 10. Moravia, 8. Silesia, 9.
S. Adalberti Episcopi Pragensis vita, 6.
B. Agnes filia Regis Boh. ex ord. S. Francisci, c. 4.
Albertus II. Imp. & Rex Bohemia. 3.
Alberti Belgarum Principis laus, c. 12.
Ambrosij Spinula Marchion. res gesta in Palat. c. 12.
Archiepiscopi Pragenses, c. 7.
Aula Regia, ord. Cisterciensis Abbatia in Boh. c. 10.
Austriaci XII. Casares, c. 15.
Austriaci quando ad regna Bohemia & Hungaria euecti, c. 3.

B

- B**elli Bohemici origo & finis, c. 12.
Benedictina cœnobia in Bohemia, c. 10.
Bohemia situs ac status, cap. 1.
Brenouia Benedictinorum Abbatia in Boh. c. 10.

C

- C**anonicorum collegia in Bohemia, c. 10. Moravia, c. 8. Silesia, c. 9.
Carolus V. Imp. laudatur, c. 15.
Carolus Longeuallius, Comes Buquoius; in Bohemiam mittitur, c. 12.
Cisterciens. ord. cœnobia in Boh. c. 10. 17. Silesia, c. 9.
Cosmas primùm Decanus, post Episcopus Pragensis, & Historicus Bohemia, c. 7.
S. Cyrillus Episcopus & Apostolus Moravia ac Bohemia c. 4. & 7.
Ferdinand. II. Rex Boh. eligitur, c. 12. fit Imp. c. 15.
Fredericus III. Imp. c. 15.

Gabriel

G

GAbriel Bethlenus, vulgò Bethlem Gabor, Princeps
Transsilvania, c. 12.

Georgius Bertholdus Pontanus, Historicus Boh. c. 4.

Georgius Podiebradius Rex Bohemia intrusus, c. 3.

Gnesnēsis in Polonia Episcopus datur à S. Adalberto
Episcopo Pragensi, c. 7.

Guilielmus. Slaunata cum sociis per fenestram. precipi-
tatur, c. 12.

H

Sancta Heduuigis Ducissa Silesia, c. 9.

SHussitarum heresis, c. 1. & 11.

I

Ioannes Capistranus in Silesiam Franciscanos ad-
duxit, c. 6.

Ioannes Dubrauius, E. Olomucensis & Hist. Boh. c. 8.

S. Ioannes Eleemosynarius martyr & Canonicus Pra-
gensis, c. 4.

Ioannes Georgius Elector Saxonia, c. 12.

S. Iuanus filius Regis Croatia, c. 4.

L

LVca, Abbatia ord. Pramonst. in Morauia, c. 10.

LLucenburgica ex familia Reges Boh. c. 3.

S. Ludmilla Ducissa Boh. c. 4. & 5.

Ludouicus Langrauius Darmstadiensis fidus Casari,
c. 12.

M

MAtthie Imp. mors, c. 15.

Maximilianus I. Imp. c. 15.

Maximiliani Ducis Bauaria res gesta, c. 12. Epistola
eiusdem ad Paulum V. Papam, c. 13.

S. Methodius Morauorum Apostolus, c. 4. & 7.

B. Mlada. Abbatissa, & filia Regis Boh. c. 4.

Mons Sion seu Strahouia, Abbatia ord. Pramonstra-
tensis, in urbe Pragensi, c. 8. & 10.

Olommo

Olomucenses Episcopi in Moravia, c. 8.

Pauli V. Papa epistola ad Maximilianum Bauaria
Ducem. 14.

Petri Canisy, Soc. Iesu, res gesta in Bohemia, c. 11.

Pramostrat. ord. Abbatia in Bohemia & Moravia, c. 10.

Eodem ex ordine Episcopi decem Olomucenses. c. 8.

Pragenses Episcopi & Archiepiscopi, c. 7.

Polonica seu Jagellon. ex familia Reges Bohemia, c. 3.

S. Procopius Abbas Benedictinus, c. 4.

R
Reges ac Principes Bohemia, c. 2. & 3.

B. Rosnata, Abbas ord. Pramonstratensis, fundator Teo-
plensis seu Teplensis monasterij, c. 4.

Rudolphus I. Imp. familia Austriaca conditor, c. 15.

S
Sancti ac patroni Bohemia, c. 4.

S. Sigismundus Rex Burgundia, à Carolo IV. Imp.
Pragam translatus, c. 4.

Societatis Iesu Collegia in Bohemia & Moravia, c. 11.

Strahouia, Abbatia ord. Pramonstrat. Praga, c. 8. & 10.

T
Teplensis Abbatia ord. Pramonstratensis, c. 4. & 10.

S
Sanctus Vitus martyr, & patronus Bohemia, item-
que Ecclesia metropolitana, c. 3.


Vratislavienses Episcopi in Silesia, c. 9.


S
Sanct. Wenceslaus Dux Bohemia & martyr, c. 4. & 5.
B. Woislava Abbatissa, & fundatrix monasterij
Chotieffouiensis in Bohemia, instituti Pramöst. c. 4.


S. Wolfgangus Episcopus Ratisponensis S. Viti templum
Prage consecrat, c. 10.


B. Zdislawa virgo ord. Predicatorum, c. 4.


F I N I S.




















4

De rebus
1754

Th
4912